

HIERONYMUS RORARIO
(1539-1540)

Sigismundo
Polonia Regi

Caro dicitur Misericordia Christi in aliis annos

Veneris, deo dilectione, pietate, oratione

statim et post Trinitatem amorem

qui nobis exigit quanto in discerni-

re regnum illud unde Virginitas uer-

soles nisi si natura succurrere,

non numero nichil potest, ubi aeribus

esse utpote qui haec clavis erat?

mutare illo in impia Turca

mutus Liberto regna primis

ut mox ad reliquum Christiani-

satorem ratione pacieulo subiici. Itaq;

missimus Statim distributionem schism

Hesychiorum occidit (miserium)

et Nomisma nomen ad haec mra

x filium Prost. me. regiam: quia

et cito solitus ut coenam cras

littera mea praecepit. ut mihi licet negotio illas, argui involu-

ti per eum (namque in eis erant) miti contulimas. quoniam medium

ab eodem Numio vero intelligat istas

separatio et non solum filii sed

sue: que ut intelligi agnoscitur

nunc ergo saepe summa spes filii

sum pectora christiana / mittimus

et ministris pilorum et tunicam: quibus

libertate haec filia regna. Sc.

Aficae sequitur bene meriti deo-

vani solent. Id circa illi in signis

nos cum a te non degeneremus

qui pro Christo filius et filii. A.

dignitate in misericordia extiter

semper Laborasti ergo numeris

Minuta brevis Pauli III ad Sigismundum I, regem Poloniae,
29 VI 1539 data, manu Hieronymi Rorario confecta (cfr. N. 1)

(AV, Arm. 41, ms. 13 f. 535v)

N. L

**Paulus III, pontifex maximus
Sigismundo I, regi Poloniae**

Romae, 29 VI 1539.

Refert, quid sibi per Ioannem Statileo communicavit Ioannes rex Hungariae de periculo, cui expositum sit regnum Hungariae. Mittit in hac re ad illum, ad Ferdinandum, regem Romanorum, et ad ipsum nuntium suum Hieronymum Rorario, quem commendat.

Min: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 535v, 420r (ordo chartarum inversus, textus manu Hieronymi Rorario confectus).

Sigismundo Poloniae Regi

Carissime etc. Misit ad nos Char.mus in Christo Filius noster^{a)} Ioannes, Ungariae Rex¹, ^(b)dilectum filium^{-b)} Ioannem Statileum, Electum^{c)} Transylvaniensem², qui nobis exposuit, quanto in discrimine Regnum illud Ungariae versetur nisi ei mature succurratur. Quo nuntio nihil potuit nobis acerbius esse, utpote qui hoc clarius cernamus, Regno illo in impias Turcarum manus ^{(d)-(quod misericors Deus avertat)-d)} labente, Regna primum vestra, mox etiam reliquam Christianitatem eidem periculo subiici.

Itaque misimus statim dilectum filium Hieronymum Rorarium, Camerarium et Nuncium nostrum ad Char.mum in Christo filium nostrum^{a)} Ferdinandum, Romanorum Regem³, quem etiam ad te mittimus, ut communi consilio et auxilio illius Regni incolumitati consulamus, quemadmodum ab eodem Nuncio nostro intelliget Maiestas tua.

Quae, ut^{e)} agnoscat nostram erga se et summae spei filium suum⁴ paternam charitatem, mittimus ei muneri Pileum et Ensem ^{(d)-in} Sacratissima

¹ Ioannes Zápolya (1587-1540), rex Hungariae ab a. 1526.

² Statileo (v. Buglio, N. 18), confirmatus est epus Transilvaniensis (Albae Iuliae) 30 V 1539.

³ In minuta brevis credentialis ad Ferdinandum, eodem die data, summus pontifex explicat fere iisdem verbis causam mittendi Rorarii "ad te primum et deinde ad Char.mum in Christo filium nostrum Sigismundum Poloniae, ipsumque Ioannem regem" (AV, Arm. 41, ms. 13 f. 525r). In litteris vero ad Ioannem Zápolya, regem Hungariae, eodem die datis, eadem repetit, amabilius tamen et longius (min. ibidem, f. 420r-v. In f. 422r-423v et 536r-537v minutae brevium ad reginam Hungariae Isabellam, filiam regis Sigismundi, necnon ad senatores et episcopos Hungariae et Bohemiae).

⁴ Sigismundus Augustus.

Nativitatis Domini nocte benedictos^{d)}, quibus clarissimi^{f)} Reges, deg^{g)} Sanctae Sedis Apostolicae dignitate bene meriti, (^dprout tu es^d), decorari solent. Id erit illi in signum nos eum a te non degenerem censere, qui pro Christiana fide et Sedis Apostolicae dignitate in viridiore aetate semper laborasti, et nunc etiam [420r] laborare non cessas⁵. Reliqua ab eodem Nuncio intelliget Maiestas tua. Cui plenam in omnibus fidem^{h)} perhibebit. (ⁱDatum Ro[mae] a[pud] S[anctum] P[etrum], 29 Iunii 1539, anno 5.

Blos[ius]^{j)}

a) *Adscriptum supra.*

b-b) *Adscriptum supra pro expuncto:* Ven. fratrem

c) *Sequitur expunctum: Epum*

d-d) *Adscriptum in margine.*

e) *Sequitur expunctum: intelligat. Hic in margine
invenitur annotatio, eadem manu scripta et dein-*

*de expuncta: De ense et pileo fiat breve
separatum.*

f) *Adscriptum supra pro expuncto: magni*

g) *Sequitur expunctum: Christiana fide et*

h) *Sequitur expunctum: adhibebit*

i-j) *Adscriptum in margine manu Blosii.*

N. 2.

**Paulus III, pontifex maximus
Bonae, reginae Poloniae**

Romae, 29 VI 1539.

*Gratias agit pro educatione catholica filii, cuiensem et pileum benedictos
mittit. Hieronymum Rorario commendat. Adhortatur, ut in bono opere pergat.*

Min.: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 420v-421r (manu Hieronymi Rorario).

Reginae Poloniae

Carissima etc. Retulit nobis nuncius noster, quem ad vos novissime misseramus⁶, eximiam et vere regiam virtutem tuam et singularem erga nos et hanc Sedem Apostolicam devotionem. Quae nobis singula gratissima fuere. Quin etiam quanto labores, ut egregiae indolis filius tuus⁷ per sapientissimi aeque ac Catholici^{a)} Parentis, (^b-consortis tui^b), vestigia incedat. Quod, ut ala-

⁵ Donatio huius ensis et pilei Sigismundo Augusto decreta erat in consistorio iam 24 III 1539, v. Korzeniowski AR, p. 96.

⁶ Pamphilus de Strassoldo.

⁷ Sigismundus Augustus.

crius exequatur et ad maiora in dies animetur, mittimus ad eum Pileum et Ensem ^{c)} in Sacratissima Natalis Domini nocte benedictos^{c)}, quo munere soliti sunt Romani Pontifices, praedecessores nostri, de^{d)} Sede Apostolica benemeritos ^{e)}Principes et clarissimos Reges^{e)} insignire.

Et quia dilecto filio Hieronymo Rorario, Camerario^{f)} nostro, quem istuc pro^{e)} arduis rebus Nuncium nostrum mittimus, plura tecum conferenda in iunximus, hortamur te, ut adhibita illi fide, se [421r] talem ergag^{g)} religionem Christianam nosque et Sedem Apostolicam praestes, quam hactenus praestitisti, confidasque misericordem et iustum Deum cumulate tibi seminique tuo omnia relaturum. ^{h)}Datum Ro[mae], a[pud] S[anctum] P[etrum], 29 Iunii 1539, anno 5.

Blos[ius]^{-h)}

a) *Correctum ex: Christianissimi
b-b) Suprascriptum pro expuncto: sui
c-c) Adscriptum in margine.
d) Sequitur expunctum: Christiana fide et*

e-e) *Adscriptum supra.
f) Sequitur expunctum: et Nuncio
g) Sequitur expunctum: nos
h-h) Adscriptum in margine manu Blosii.*

N. 3.

**Paulus III, pontifex maximus
Sigismundo Augusto, regi Poloniae iuniori**

Romae, 29 VI 1539.

Mittit ei per Hieronymum Rorario pileum et ensem, a se nocte Nativitatis Christi benedictos, adhortaturque, ut Ecclesiam ab hostibus strenue defendat.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 542r (redactio definitiva, expolita). In f. 542v summarium. Ibidem, in f. 421r redactio prima, brevior (deest mentio Turcarum), manu Hieronymi Rorario exarata et deinde expuncta.
- Ed.: Raynaldus XIII, p. 506-507 (mutatis nonnullis).

Sigismundo^{a)} secundo, Poloniae Regi Illustri

Carissime etc. Consueverunt Romani Pontifices in Sacratissima Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi nocte quotannis Ensem cum Pileo solenni ceremonia benedicere et alicui Christianorum Principum dono mittere, quem et hoc sacro munere ornent et spirituali virtute adversus Sanctae Ecclesiae

et catholicae fidei hostes muniant⁸. Quod si quando antea, fili Carissime, nunc maxime, cum ^(b) et Turcae contra nos bellum gerunt et ^(b) haereses Sanctam Ecclesiam lacerant, pernecessarium est. Cum vero nos, exemplum nostrorum praedecessorum secuti, ipsum Ensem cum Pileo in proxima Natalis Dominici nocte solenniter benedixissemus, et ad quem potissimum mitteremus eos animo volveremus, tua in primis Maiestas nobis occurrit, quae dignissima eo munere nobis videretur. Id enim cum^{c)} aetati et virtuti congruit tuae tuique clarissimi genitoris, tum etiam utriusque vestrum praestantisimae religioni et in Deum ac Sanctam Ecclesiam devotioni aptissimum est.

Ad te igitur, quem Catholicum Principem et huius Sanctae Sedis devotissimum filium habemus, et peculiari charitate atque affectu prosequimur, hunc Ensem cum Pileo per dilectum filium Hieronymum Rorarium, Nuncium nostrum, praesentium latorem mittimus, Deum suppliciter deprecantes, ut tibi, qui una cum praestantissimo Rege, patre tuo, vestrum Regnum venenis haeresum vicinarum nunquam inquinari passus es, omnem felicitatem concedat, dexteram Ense firmet, caputque tuum hoc Pileo, vi Spiritus Sancti per Columbam figurati protegat ad tutelam Sanctae Ecclesiae et catholicae fidei adversus tum communes nostrae religionis, tum particulares catholicae fidei hostes, tuamque iuventam, indole maxima virtutis splendentem, vestigiisque paternae fortitudinis gradientem, ad summum gloriae et laudis culmen perducat.

Tu igitur, pro tua pietate, hoc munus nostrum christiano affectu et devota veneratione suscipes, nec tam muneris qualitatem, quam mysterium et vim spiritualem eius perpendes, ob quae maximi quique Principes semper se hoc munere valde a Sede Apostolica honestatos putaverunt, sicut et te, pro nostra in te benevolentia tuaque pietate, existimatur speramus. Ut autem donum ipsum debita cum ceremonia, ^(b)sicuti a nobis benedictum est^(b), tuae Serenitati tradatur^{d)}, mandamus Ven.li fratri Archiepiscopo Gnesnen-^{si}⁹, vel cuivis alteri Catholico Antistiti per te eligendo, ut solenni missa in aliqua ecclesia, per te pariter eligenda, ab eo in tua praesentia celebrata, post eius solennia dictum Ensem cum Pileo tuae Maiestati ex parte nostra assignet. Reliqua ex eodem Hieronymo, Nuncio nostro, intelliges, cuius verbis plenam fidem habebis. ^(e)Datum Romae, apud S[anctum] P[etrum], 29 Iunii 1539, anno 5.

Blos[ius]^{-e)}

a) *Sequitur expunctum*: Augusto

b-b) *Adscriptum in margine*.

c) *Adscriptum supra*.

d) *Correctum ex*: tradebitur

e-e) *Manu ipsius Blosii*.

⁸ Benedictio pilei et ensis originem dicit ex medioevalibus caerimoniis coronationis regis et benedictionis militis. Benedicti ea nocte Nativitatis Christi et donari regibus in usum venit saec. XIV, tempore, quo summi pontifices Avenioni commorabantur, cfr. Cornides, p. 34-65.

⁹ Ioanni Latalski.

N. 4.

Paulus III, pontifex maximus

Ioanni Chojeński, regni Poloniae cancellario

Romae, 29 VI 1539.

Commendat Hieronymum Rorario, qui ad Ferdinandum Romanorum, Ioannem Hungariae et Sigismundum Poloniae reges proficiscitur, causam defensionis Hungariae adversus Turcas tractaturus.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 421v. Manus Hieronymi Rorario. In margine expuncta annotatio, eiusdem manu exarata: "Aliis Poloniae Epis brevia credentia". In eodem folio minuta brevissimae recommendationis nuntii "Palatino Poloniae" (?).

Cancellario Poloniae¹⁰

Dilecte fili etc. Esta^{a)} perpetuo nobis cordi Regnum illud Ungariae, ne cum aliorum Regnorum^{b)} ruina, praecipue eorum quae viciniora sunt, in impias Turcarum manus (quod Deus avertat)^{c)} incidat. Itaque mittimus dilectum filium Hieronymum Rorarium, Camerarium et Nuncium nostrum, ad Charissimos in Christo filios Ferdinandum Romanorum, Ioannem Ungariae^{d)} vestrosque Poloniae Reges^{d)}, ut communi^{e)} ope illi succurratur. Huic tu, pro solita tua erga nos hancque Sedem Apostolicam devotione et observantia, omnem favorem praestabis^{f)} et in omnibus, quae nomine nostro referet, fidem [habebis]. ^{g)}Datum Romae, a[pud] S[anctum] P[etrum], 29 Iunii 1539, anno 5.

Blos[ius]^{g)}

a) *Sequitur expunctum: nobis*

b) *Sequitur expunctum: pr*

c-c) *Adscriptum in margine.*

d-d) *Adscriptum in margine pro expuncto
in textu: Regesque vestros*

e) *Sequitur expunctum: consilio et*

f) *Adscriptum in margine pro expuncto
in textu: adhibebis*

g-g) *Manu ipsius Blosii.*

¹⁰ Ioannes Chojeński, epus Cracoviensis (cfr. supra, Strassoldo N. 4, annotationem 10).

N. 5.

**Litterae passus
a Paulo III, pontifice maximo
Hieronymo Rorario datae**

Romae, 29 VI 1539.

Commendat eum universis, per quorum loca ipsi, ad Ferdinandum Romanorum, Ioannem Hungariae et Sigismundum Poloniae reges eunti, transire contigerit, ut eum et eius comites benigne accipient et adiuvent.

Min.: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 538r.

Universis et singulis, quibus hae nostrae litterae praesentabuntur, salutem.

Mittentes dilectum filium Hieronymum Rorarium, Camerarium et Nuntium nostrum, praesentium exhibitem, ad Car.mos in Christo filios nostros Ferdinandum Romanorum, Ioannem Ungariae ac Sigismundum Poloniae Reges Illustres, pro rebus universae Christianitatis salutem concernentibus, omnes et singulos Principes, Republicas, Communitates ac particulares personas nobis non subditas hortamur et requirimus in Domino, subditis autem nostris ac personis ecclesiasticis serio etiam praecipimus, ut ^(a)non solum^{-a)} dictum Hieronymum Nuntium, una cum familia ac comitiva sua, necnon carvaggiis [sic], sarcinis et rebus eius et eorum universis, per omnia loca vestrae ditionis tuto, libere et sine alicuius oneris vel vectigalis solutione, ^(a)tam eundo, quam postea ad nos redeundo^{-a)}, transire permittatis, sed eum benigne et honorifice nostra causa excipientes, de commodis hospitiis ac de necessariis victualiis pro honesto pretio, necnon de comitiva et salvo conductu, si opus fuerit et ipse vos requisierit, prompte ei provideatis. In quo facietis nobis rem gratissimam et ^(b)per nos^{-b)} vobis in occasionibus compensandam. ^(c)Datum Romae, a[pud] S[anctum] P[etrum], 29 Iunii 1539, anno 5.

Blos[ius]^{-c)}

a-a) *Adscriptum in margine.*

b-b) *Adscriptum supra.*

c-c) *Manu ipsius Blosii.*

6.

**Instructio nomine Pauli III, pontificis maximi,
data Hieronymo Rorario
ad Sigismundum I, Poloniae regem, proficiscenti**

[Romae, 29 VI 1539].

Mandat ei, ut gratuletur regi Poloniae de matrimonio filiae eius Isabellae cum rege Hungariae (Ioanne Zápolya); ut referat ipsi ea, quae in commissis habet regi Romanorum (Ferdinando) referenda; ut filium suum (Sigismundum Augustum) a commercio cum Lutheranis cohibeat. Eadem tractare debet cum regina (Bona).

Min.: AV, Arm. 41, ms. 13 f. 541r-v. In f. 541v sub textu alia manu: "29 Iunii [correctum ex "Martii"] 1539 anno 5. Expeditio Hieronymi Rorarij ad Reges Romanorum, Ungariae et Poloniae".

- **Ed.:** Raynaldus XIII, p. 506 (fragmentum).

- **Cop. XVI saec.:** AV, Nunz.Div. 238 f. 163v-164v.

Cop. XVII saec.: BV, Ottob. Lat. 1111 f. 292v-293v.

Ed.: Laemmer, p. 205 (ex cod. "Germania II 161").

Instructio de his,
quae dilectus filius Hieronymus Rorarius, Camerarius et Nuncius noster,
agere debet nostro et Sedis Apostolicae nomine apud Char.mum in Christo
filium Sigismundum, Poloniae Regem etc.

Gratulabitur Maiestati sua idem Nuncius noster de matrimonio inito inter Char.mos in Christo filios nostros Ioannem, Ungariae Regem, et Ely-sabeth, filiam suam¹¹, nosque illis omnem felicitatem optare.

Referet inde, prout supra ad Romanorum Regem, paucis quibusdam mutatis, quae ipsius Nuncii prudentiae discutienda relinquimus¹².

¹¹ Matrimonium regis Ioannis cum Isabella (Elisabeth), filia primogenita reginae Bonae, contractum est per procuratores Cracoviae, 28 I 1539 (v. Pociecha KB IV, p. 218).

¹² In registro minutarum instructionem hanc praecedit "Instructio de his, quae dilectus filius Hieronymus Rorarius, Camerarius noster, agere debet... apud Char.mum in Christo filium nostrum Ferdinandum, Romanorum Regem" (f. 539r-540v), in qua nuntio committitur, ut gratuletur Ferdinandu de pace ab ipso conclusa cum rege Hungariae Ioanne Zápolya (recognitio Ioannis tanquam regis Hungariae, stipulata in Nagy Várad 24 II a. 1538), ut dicat quantum summus pontifex fecerit pro pace inter principes christianos componenda et ut adhortetur illum regem ad arma, una cum regibus Hungariae et Poloniae, sumenda adversus Turcas; sequuntur aliquae commissions particulares. In instructione de agendis cum rege Hungariae (servatur tantum copia in BV, Ottob.Lat. 1111 f. 293v-295v) committitur Rorario, ut gratuletur illi regi de eadem pace cum Ferdinandando conclusa et de matrimonio cum filia regis Poloniae inito, ut commendet oratorem ipsius regis Romae Ioannem Statileo necnon cardinales Alexandrum Farnese et Ennium Filonardi et ut promittat nomine summi pontificis summam 10 millium ducatorum pro munienda Buda et aliis arcibus, quibus incursio Turcarum imminet.

Declarabit insuper nos aegerrime tulisse intelligere quosdam esse non Dei filios apud summae spei Adolescentem, filium suum, qui bonam puramque mentem eius labefactare nituntur et in perniciosissimas haereses inducere, quae miserae illi Germaniae exitio fuere et egregio documento esse possunt, quam aptae sint ad quocunque etiam firmissimum Regnum subvertendum. Nos certo certius habere Maiestatem suam latere haec, nec enim huiusmodi homines ausuros talia perferre ad aures illas, quae semper bonis piisque operibus patuere, et his, quae in omnipotentis Dei cultum et sanctae suae Sedis Apostolicae dignitatem redundant. Non temere Maiestati suae longam vitam elargiri misericordem Deum, nempe ut possit dulcissimi filii sui vitam instituere et iuvenilem aetatem, quae ad malum citius quam ad bonum lubrica solet esse, divinis praceptis, veluti quibusdam frenis cohibe-re et paternam semitam ingredi docere¹³. Hoc ut tanto alacrius facere possit, nostramque erga se paternam charitatem agnoscat et Adolescentis ad bene de christiana religione et sanctae Sedis Apostolicae dignitate promerendum animetur, prout ipse Pater fecit facitque^{a)}, mittere nos Pileum et Ensem, in sacratissima Natalis Domini nocte benedictos, quo munere clarissimi Reges [541v] Maiestatisque suae similes, ob aliquod insigne erga Sedem Apostolica-
cam meritum decorari solent.

Agetque eadem cum Char.ma in Christo filia nostra ^{(b)-Poloniae Regina}^{-b)}.

^{(c)-Fabius Vigil}^{-c)}

a) *Sequitur expunctum: nos*

b-b) *In ms. Ottob.Lat.: Regina eius Consorte.*

c-c) *Manu Fabii.*

N. 7.

**Hieronymus Rorario
card. Alexandro Farnese**

Ex Portu Naonis, 18 IX 1539.

Notum facit se scripsisse illi Venetiis die 3 IX; refert epum Transsilvanensem (Statileo) petuisse, ne antecederet illum in via ad regem Romanorum, ita ut ambo simul Vindobonam pervenire possent, se vero accepisse hoc propositum eo, ut interea res suas privatas melius componere posset.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, [fasc. 729] (destructum).

- Ed.: Ováry, p. 76.

¹³ Cfr. Strassoldo, N. 9.

Rev.mo et Ill.mo Monsignor mio.

Scrissi ali III del presente a V.ra Signoria da Venetia, et li mandai una di Mons. di Transilvania¹⁴, scripta a me, nela quale mi exhortava a non partir fin a la sua venuta in Venetia. [*Qui, redux ex Gallia, Venetias appulit et in colloquio, quod secum habuit die 11 IX, iterum petiit, ut saltem 8 diebus retardet profectionem suam, ita ut ambo simul ad regem Ferdinandum pervenire possint*). A la qual richiesta sua assentiva tanto più che era constrecto expectar le mie robe da Pesaro, tardate per li tempi, et quali giongeranno solo fra dui giorni qui. In questo mezo ho ordinato la famelia et la casa mia. Et ali 23 over 24 al tutto partirò. Et a V.ra Signoria Rev.ma humilmente mi ricomando. Da Pordenone, ali XVIII di Septembre MDXXXIX.

Rev.mae et Ill.mae Dominationis V.rae

humillimus servitor
Hieronimus Rorarius

N. 8.

Hieronymus Rorario
card. Alessandro Farnese

Villaci, 11 X 1539.

[*Notificat se pridie profectionis Venetiis in febrem incidisse et ideo iter procrastinare debuisse, sperare tamen adhuc hac hebdomada Vindobonam pervenitum. Longe disserit de salvoconductu, quem Statileus a rege Romanorum obtinere cupiat*]. Fu dismenticato scriver un breve al Arcivescovo [che] ha da cantar la messa ne la presentation si farà del capello et spatha. Et me ricordo ch'el Rev.do Mons. Blosio lo ordinò, ma in efecto non fu expedito. V.ra Signoria Rev.ma si degni commettere ch'el me sia mandato, per esser necessario et de more. Et el nome del Arcivescovo è Petrus Laszko, Archiepiscopus Gnesnensis¹⁵.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, [fasc. 729] (destructum).

- Ed.: Ováry, p. 78-79.

¹⁴ Ioannes Statileo.

¹⁵ Error, quem Rorarius correxit in sequenti epistula, v. N. 9. Constat archiepiscopum tunc fuisse Ioannem Latalski.

Hieronymus Rorario
card. **Alexandro Farnese**

Vindobonae, 28 X 1539.

Recenset respcionem hodie vesperi a rege Romanorum (Ferdinando) sibi datam de 2 articulis instructionis sua: de expeditione adversus Turcas, cui accedere se paratum esse dicit, auditio tamen prius imperatore et habitis subsidiis a subditis suis, necnon de profctione sua in Hungariam et Poloniā; ad Hungariam quod attinet, rex suspicatur illius regem (Ioannem) velle, collecta prius magna pecunia, in Poloniā fugere, vel cum Turcis induitias protrahere, ut interim videat, an filium habere possit et pacta secum conventa rumpere, quae res regnis Hungariae et Poloniae omnino periculosa esset; si vero vires suas secum uniret, facilius etiam auxilia ex Germania habere posset; questus est deinde rex de Georgio, epo Varadiensi, quasi de pacis turbatore et regnum ambire volente; profctionem vero suam in Poloniā commendabat, et ut rex iunior (Sigismundus Augustus) in fide catholica confirmaretur, scripturum se illi esse promittebat. Notum facit epos Agriensem et Transilvaniensem discessisse, se etiam cras discessurum esse. Breve aepo Ioanni Latalski esse inscribendum. Petit, ut plus pecuniae pro expensis legationis sua sibi per Petrum Croatum mittatur.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, fasc. 729, n. 14 (destructum). Consignatum ab Adamo Darowski (cfr. Kraków, BPAN, ms. 8466 f. 143r).

- **Ed.:** Ováry, p. 82-85.

Rev.mo et Ill.mo Monsignore etc.

Le ultime mie furon de 25¹⁶. Questa sera Sua Maestà me ha dato resosta, presente Mons. il Nuncio¹⁷, a dui articuli, che ali altri rispose el primo giorno, sì come scrisse a V.ra Signoria Rev.ma et Ill.ma¹⁸. El primo è dela gente et aiuto possea dar quando si faccia la expedition contra Turchi. Et a questo rispose generalmente, come ha facto prima, cioè che era per metterli

¹⁶ Re vera, praecedens epistula data erat 24 X, in qua Rorarius notum faciebat Farnesio suum Vindobonam die 19 huius mensis adventum et primum colloquium cum rege Ferdinando, die 23 X habitum, in quo disputabatur de concordia inter illum regem et Ioannem regem Hungariae restituta ac de societate bellica adversus Turcas inter ipsos et regem Poloniae instituenda (cfr. Ováry, p. 79-81).

¹⁷ Morone, qui hanc audientiam etiam describit in litteris ad Farnesium 29 X datis, editis a Dittrich NBD 1, p. 42-44.

¹⁸ Vide supra, annotationem 16. Articuli, de quibus hic dicitur, continebantur instructione, Rorario ad Ferdinandum data (v. supra, N. 6, annotationem 12). Ferdinandus respondit se pacem cum rege Hungariae tantum pro bono rei Christianae iniisse, de bello autem Turcis inferendo velle se prius consilium capere et videre, quid de hac re reges Hungariae et Poloniae senserint (Ováry, p. 79-80).

quante forze havea et la persona propria, rendendo la causa de non posser venir ad altra spetialità per più cause: la una che li bisognava haver prima la mente de la Cesarea Maestà¹⁹ et quello era per far Sua Maestà; la seconda, saver quello aiuto li erano per dar li sui subditi, con li quali di continuo tractava supra tal materia.

El secundo articulo fu di quello havea ad operar in Ungaria et Polonia. Et qui se extese in dirmi li dessegni faceva el Ser.mo Re Giovane, quali erano dui: l'uno di fugirsene in Polonia et arbandonar [sic] il Regno; et per tal causa non attendeva ad altro che a cumular danari; et fugiva el publicar de la pace²⁰ a questo medemo fine, aciò non fusse constrecto insieme con Sua Maestà communibus expensis suscipere arma et spender quello havea accumulato. L'altro dissegno di experimentar se'l si possea anchor intetener con el Turco et andar producendo il tempo, et veder se'l possea haver figlioli et romper quello era concluso tra lor Maestà²¹. El qual conselio, dal uno et l'altro canto, era poco prudente: che la fuga, accompagnata da danari, poneva in pericolo la vita et perder dil Regno de Ungaria, lo seguiria etiam el Regno di Polonia; lo haver speranza in intetenerse con il Turco, era vano, che già sapea l'odio de Turco contra di se. De dove, che se si lassasse questi andamenti et stringesse seco sinceramente, daria causa de animar tanto più tutta la Germania ala defension di quel Regno; et che lo volea amar sinceramente come fratello (il che affermò con giuramento) et poner tutte le forze sue in conservarlo in Regno, né, quando ben el Regno di Polonia non fusse per contribuir, non restariano lor dui di difendersi, pur che'l Turco con una extrema potentia personalmente non li venisse, ancor che in tal caso lo Imperio se moveria, né restariano di difendersi.

Se dolse grandamente de Fra Zorzi, Vescovo di Varadino²², che lui fusse disturbator de la pace et ruina di quel Regno, agiongendo che'l dicto Vescovo, qual non teneva né havea timor alchun de Dio, parimente aspirava al Regno, disegnando che se'l Re Giovane per qualche caso mancasse, pigliar la Regna²³, butar la cappa et farsi Re, usando el favor dil Turco. Et che trovaria Sua Maestà in tucto havermi dicto il vero.

Quanto ala mia andata in Polonia, li era più che grato aciò confirmasse lo animo di quel Re giovene [sic], del quale intendea ogni bene, né per altro li

¹⁹ Carolus V.

²⁰ Inter ipsos Varadini (Nagy Várad) conclusa.

²¹ In supradicta pace, quae ambobus contendentibus titulum regis Hungariae confirmabat, facta erat conditio, ut mortuo rege Ioanne, successio eius partis Hungariae transiret in domum Austriacam, filius vero eius, si quem haberet, obtineret tantum, lege vasalitia, principatum Scopusiensem (v. Roderich Goos, *Oesterreichische Staatsverträge. Fürstentum Siebenbürgen (1526-1690)*, Wien 1911, p. 65-85, cfr. Pajewski WPP, p. 4-5).

²² Georgius Utiešenović vel - ex matre - Martinuzzi (1482-1551), Croatus, professus ordinis S. Pauli Eremitae, olim prior Czestochoviae, servitor et consiliarius Ioannis Zápolya, antequam is ad thronum evectus sit, ab ipso nominatus thesaurarius regni et a. 1534 epus Varadiensis (Nagy Várad); post mortem regis a. 1540 curator eius filii Ioannis Sigismundi; ab a. 1541 fautor regis Ferdinandi; a. 1551 nominatus SRE cardinalis.

²³ Isabella.

dava la filia²⁴, salvo per locarla in loco non infecto di heresia; anzi, nutrita dicta filia di sorte che'l sperava fusse apta a contenere in officio di bon christiano et religioso el marito; et se pur se trovasse qualche macula in lui, qual saria per causa ^(a)-di quel che Principe [è] giovene inconsiderato-a), la potria facilmente levare con el mezo deli Ser.mi Padre et Madre di Sua Serenità, quali haveano sempre preservato boni et catholici, offerendo etiam se a far tutti quelli officii iudicasseno esser necessarii, afffermando aver sempre desiderato metter le forze sue non manco contra heretici che contra Turchi. Dilche rengriatassem Sua Maestà, agiongendo che io desiderava Sua Maestà se degnasse scrivere secondo una minuta havea lassato in man del Rev.do Nuncio, de la qual ne mando una copia a V.ra Signoria Rev.ma²⁵.

Disse etiam Sua Maestà da se che volea che etiam li suoi Vescovi pilias-seno la confirmatione, *[petit tamen ut liberi sint a solutione annatae. Ad quod respondit illi rem difficulter concessum iri, nam exemplo esset aliis; praeterea regem Hungariae eadem petiisse episcopumque Agriensem alios ad non solvendum palam incitasse].*

El prefato Agriense è partito un de questi giorni per Polonia, mandato da suo Re²⁶. Il Transilvano²⁷ partì heri de qui. Et io, con la gratia de Dio, partirò dimane, che za [sic] ho piliata licentia da Sua Maestà.

Scrisse per altre mie da Villacho non esser sta [sic] expedito il breve al Arcivescovo harà da celebrare la messa ala prae-sentation della spatha et capello in Polonia. V.ra Signoria Rev.ma si degnarà ordinarlo²⁸. El nome del Arcivescovo è Ioannes Latalski, Archiepiscopus Gnesnensis.

Havendo la occasione del lator de la presente, Meser Pietro Croato, servitor del Rev.do Transilvaniense, qual ha da ritornare, non ho voluto mancare a mi medemo in avisar V.ra Signoria Rev.ma che sopra la fede che porto in Dio ho speso oltra li 200 scudi me dette Nostro Signore prima che habbi posto al ordine me et la famelie [sic] et che me sia conducto fin qui. Supplico a V.ra Signoria Rev.ma se degni farmi gratia impetrar da Sua Santità che sia dato al prae-fato servitor del Transilvano la provi[s]ion de dui mesi, che non harò sempre una tal occasione di posserli have [sic]. E el remetterli per mar-canti è difficile in sì lontani paesi, né si po'l far senza perdita. Dio conservi et

²⁴ Elisabeth (1526-1545), primogenita Ferdinandi, cuius matrimonium cum Sigismundo Augusto stipulatum est Vratislaviae 16 VI 1538, cfr. Pociecha KB IV, p. 389.

²⁵ Copia haec inveniebatur olim Neapoli, huic epistulae adjuncta, sicut asserit A. Darowski (v. Kraków, BPAN, ms. 8466 f. 143r). De hoc colloquio et hac epistula scribebat cardinali Farnesio etiam nuntius Morone, asserens quod rex Ferdinandus "comendava molto l'officio, qual Sua Santità faceva per conservar quel Regno dalli heretici. Al che io dissi che essendosi già inteso qualche principio di male et essendo Sua Maestà quasi padre del Re giovane, era offitio sia adjutar questo buon desiderio di Nostro Signore et scrivere gagliardamente in conformità, acciò che con maggior reputatione il Nuntio de Sua Santità potesse prooveder alli bisogni. Al che Sua Maestà si è offerto. Et habbiamo pensato, il Nuntio Rorario et io, far scrivere qualche bona lettera", Dittrich NBD 1, p. 42-43.

²⁶ Franciscus de Frangipanibus OFMObs († 1543), epus Agriensis (Eger) a 30 V 1539; retinuit tam en etiam officium aepi Colocensis, quod gerebat ab a. 1530.

²⁷ Statileo.

²⁸ Cfr. supra, N.8.

prosperi V.ra Signoria Rev.ma Ala qual humilmente me riccomando. Da Vienna, ali XXVIII de Octobre 1539.

Di V.ra Signoria Rev.ma et Ill.ma

humilissimo et obbedientissimo servitor
Hieronimus Rorario

a-a) *Ováry legit:* di qualche Principe giovane
in inconsiderato

N. 10.

Hieronymus Rorario
card. Alexandro Farnese

Budae, 22 XI 1539.

Transmittit nova de missione secreta Hieronymi Łaski a rege Ferdinando in Constantinopolim et de indignatione quam haec res in Hungaria excitavit; de oratore Turco, qui reges Poloniae et Hungariae ad acceptandam religionem mahometanam adhortari debet; de proposito regis Angliae (Henrici VIII) iisdem regibus facto, ut per oratores de defensione adversus Turcas cum ipso tractent; de misso regis Ioannis ad uxorem marchionis Brandenburgensis (Hedvigem), ut exhortetur eam, ne haeresi mariti consentiat; de dimissionis sua a rege et in Poloniā profectionis procrastinatione.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, fasc. 729, n. 17 (destructum). Consignatum a Darowski, qui asserit intus inveniri "decifratum" earum partium, quae notis arcanais exaratae erant (Kraków, BPAN, ms 8466 f. 145r). Ibidem, sub n. 18 inveniebatur "Sommario delle lettere non cifrate del Rorario di 22 di novembre 1539" (Darowski, ibidem, f. 146r).

- Ed.: Ováry, p. 92-94.

Rev.mo et Ill.mo Monsignore etc.

(a- Il Re de Romani ha mandato Hieronymo Laschi²⁹ al Turco et li ha dato otto millia [sic] ducati da donar a dui bassa, et quattro per suo spendere. El quale si trova in Constantinopoli et ha fatto veder al Turco la compositione

²⁹ Hieronymus Łaski (cfr. Buglio, N. 11), fautor Ioannis Zápolya usque ad a. 1534, transit hoc anno in clientelam regis Ferdinandi, a quo mense Septembri 1539 missus est secrete Constantinopolim, ut de indutis cum Turcis tractaret.

fatta tra i Re de Romani et il Re Giovane³⁰, sogiungendo che così che il Re Giovane havea gabbato il Re de Romani, così lo gabbaria lui. Questo me referrisse el Transilvano³¹ per cosa certa. [*Haec res induxit etiam regem Hungariae ad mittendum Constantinopolim, una cum oratore Turco, Georgium Croatum, viceprovisorem castri Budensis, qui istis duobus "bassis" 20 mila ducatorum dono daret proponeretque*] che parimente non hanno da servar el salvoconducto a Laschi, servitor del Re de Romani, et li facciano tagliar la testa. Di modo che non li vedo segno di amore tra questi due Re, ma solo simulatione^{a)}.

[*Scribunt Constantinopoli Turcam magnum exercitum parare, quem ante mensem Martium adversus christianos mittere in animo habet*]. El Turco ha mandato un suo Orator al Ser.mo Re di Polonia, così come ha fatto a questo Re, ad invitar Sua Maestà a la circumcissoione deli filii et maritar dela filia³². Dicono la peste esser cessata fra loro et il Turco³³ trovarsi in Constantinopoli.

El Re de Ingilterra³⁴ ha scripto a questo Re et a quel di Polonia, exhortandoli a mandar li Oratori, con li quali desidera tractar. Et rispondendo ale proposte, li fece Mons. di Transilvania per sue lettere, dice, quanto al aiutar questo Regno contra il Turco, che ogni volta che res serio agetur non è per mancarli; quanto a voler tractar con Nostro Signore, dice quod est paratus tractare cum Episcopo Romano tanquam cum Principe Christiano. Se scrive Defensor Fidei, Vicarius et Administrator Religionis Christianae in Regno Angliae. V.ra Signoria Rev.ma se degnarà avisar se parerà a Nostro Signore che questo Serenissimo li mandi et se ha[n] da tractar alchuna particularità per Sua Santità.

Questo Ser.mo Re et quello di Polonia ha scripto ala filia, molie del Marchese di Brandiburg, che più presto la se lassi iugular che la consenti a le heresie del marito. Et questo Re li ha mandato uno a posta al Marchese con una ambassata molto ressentita; et al ultimo che se non li piace la molie, la remandi, che se li trovarà marito degno di lei³⁵. La Domenica passata Sua

³⁰ Pax conclusa a. 1538 inter Ferdinandum Habsburg et Ioannem Zápolya in Nagy Várad.

³¹ Statileo.

³² De isto oratore scribebat etiam Severinus Boner, castellanus Biecensis, ad Albertum, ducem in Prussia, litteris Cracovia 7 XII 1539 datis: "Fuisse eciam hic Ill.ma Dominatio V.ra non ignorat Imperatoris Thurcarum Internuncium, a quo Maiestas Regia sit invitata ad ceremonias celebrandas, quas ille in elocanda filia et in circumcidendis duobus filiis proxime instaurat. Quam ob rem Sua Maiestas mittit eo suum Nuncium, D.num Thomam Sobotski, Pocillatorem [...]. Credibile autem est Ser.mi quoque Regis Ioannis Oratorem cum nostro Nuncio ad Thurcam iturum. Causam istarum legacionum eam esse nemo non facile intellexerit, ut Thurcae animus et impetus a Regno Ungariae aliquo modo averteretur" (Lanczkońska DARP VI, p. 55). Similiter etiam rex Galliae invitatus est a Solimano II ad illas nuptias filiae eius dilectae, Mirimae, quam magno visir, Rüstem Bassa, in uxorem dabat (v. Clot, p. 188).

³³ Id est sultanus Solimanus II.

³⁴ Henricus VIII.

³⁵ Hedvigis, filia Sigismundi I et eius primae uxoris Barbarae, sororis regis Ioannis Zápolya, a. 1535 despontata Joachimo II, marchioni Brandenburgensi (fr. Buglio, N. 18), qui non obstante iuramento non mutandi religionem, occasione nuptiarum facto, die 1 XI 1539 aperte se declaravit sequacem Lutheri.

Maestà mandò per me et mostrò haver molta passion di tal cossa. Et certo che io lo ho per un religioso Principe.

Fin al presente giorno non ho risposta da Sua Maestà. Facendola sollicitar, Sua Maestà rispose non esser pressa di andar in Polonia per conto dela Dieta, qual durarà anchor da mesi tre o più³⁶; et che volea prima tractar con me almeno tre volte familiarmente, et poi me daria la risposta et expediria³⁷.

[De colloquio suo cum Capitaneo Generali Regni Valentino Török, cui transmisit breve pontificium et a quo obtinuit declarationem fidelitatis Sedi Apostolicae. De inimicitia intercedente inter oratorem imperatoris et eum Varadiensem Georgium, quos rex Ioannes pacificare studet. De crastina profectione Urbani Batthyány, oratoris Hungari, ad regem Ferdinandum. De dono 2 equorum Arabicorum, quos epus Transilvaniensis proximo mense Martio cardinali Farnesio transmittet]. Da Buda, ali 22 di Novembre 1539.

Rev.mae et Ill.mae Dominationis V.rae

humilis et obedientissimus servitor
Hieronymus Rorarius

a-a) *Scriptum notis arcanis.*

N. 11.

Hieronymus Rorario
card. Alexandro Farnese

Budae, 27 XI 1539.

Notum facit regem Hungariae in colloquio meminisse oratorem Polonum, cui Constantinopoli dictum sit imperatorem Turcarum indignatum esse de concordia inita inter reges Romanorum et Hungariae; cum vero ille miserit Constantinopolim Hieronymum Łaski de hac re tactaturum, ita et ipse mittere debet oratorem suum, eum Varadiensem. Adiicit regem dimissurum se esse intra 8 dies.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, fasc. 729 n. 19 (destructum). Consignatum a Darowski (Kraków, BPAN, ms. 8466 f. 147r).

- Ed.: Ováry, p. 94-97.

[Mittit annexas litteras suas, 22 XI scriptas, quas per quem mitteret usque nunc non habuit. Describit hodiernam audientiam, quam habuit apud regem

³⁶ Re vera comitia regni Poloniae, convocata Cracoviam pro die 6 I 1540, celebrata sunt ibi a die 19 I usque ad 19 III eiusdem anni, v. Konopczyński, p. 51.

³⁷ Textum huius responsi (sine data), quod de rebus mere internis Hungariae tractat, ed. Ováry, p. 99-101.

Ioannem, qui laudabat summi pontificis conatus, ut defensio adversus Turcas instrueretur, dixit tamen pontificem non debere expeditionem maritimam pare, nam incursio inimici sine dubio per terram sit futura, promittebatque exercitum 30 milium Hungarorum et totidem stipatorum colligere, si stipendum 120 milium ducatorum pro mense ipsi procuretur], (a-agiungendo che poco avanti, ritrovandosi un Orator de Re di Polonia vecchio apresso el Turco³⁸, quelli sui Bassa, presente il Turco, li hebbeno a dire lo odio havea concetto contro di se per la pace et concordia fatta col Re de Romani et con lo Imperatore, et imposeno al praefato Oratore che lo exhortasse a mandar un suo Ambassatore insieme con l'uno del Re di Polonia a placar l'ira del Turco. La qual cossa essendo pervenuta ale orecchie del Re de Romani, mandò subito a pregar il Re di Polonia che non volesse mandar il suo Oratore insieme con il suo; et dal altra parte mandò un seditioso, chiamato Hieronymo Laschi, a far molti mali officii. Donde [anche lui] è forzato di presente mandar el suo Thesoriere, Vescovo di Varadino, al Turco. La quale andata con li praesenti li costerà un cento millia ducati^a). [Deinde rex Ioannes, deplorans de regis Ferdinandii modo secum agendi, iustificare studebat istam missionem, asserens se, adiutorio aliorum destitutus, indutias cum Turco inire coactum esse].

Cerca le bolle³⁹ et altre proposte non ho anchor risposta da Sua Maestà, con tutto che dice volermi expedire fra octo giorni che possia andar in Polonia. [De misso a rege Ferdinando, qui attulit nova imperatorem Carolum V in Flandriam se contulisse]. Altro non ho che a V.ra Signoria Rev.ma humilmente ricomandarmi. Da Buda, ali 27 de Novembre 1539.

Di V.ra Signoria Rev.ma et Ill.ma

humilis et obedientissimus servitor

Hieronimo Rorario

a-a) *Notis arcanis exaratum.*

N. 12.

[Pamphilus de Strassoldo]

Hieronymo Rorario

[Romae], 8 XII 1539.

Notum facit epistulam eius ad card. Farnesium, 16 XI datam, ante 4 dies Romam pervenisse; summum pontificem fuisse valde contentum de his, quae ipse egerit cum Ioanne rege Hungariae; card. Farnesium ante 10 dies cum 35

³⁸ Agitur verisimiliter de missione Erasmi Kretkowski (ca 1508-1558), castellani Brzestensis (ab a. 1538), qui autumno anni 1538 istud colloquium habuit cum sultano Solimano II Hadrianopoli, v. Halina Kowalska, PSB XV, p. 277.

³⁹ Bullae, quae petebantur, confirmationis episcoporum Hungariae, nominatorum a rege. Fusius vide infra, N. 17.

equis discessisse, missum tanquam legatum a latere ad regem Galliae (Franciscum I) et imperatorem (Carolum V) pro pace inter eos confirmanda. Mandat, ut de iis, quae Budae et in Polonia acturus sit, Romam diligenter scribendum cureret.

Min.: Parma, AS, Carte Farnesiane, Estero, Polonia, ms. 119, Strassoldo, f. 5r.
 - Ed.: Meysztowicz-Wyhowska I, p. 7-8.

Al Rorario, alli 8 di Dicembre 1539^{a)}

Rev.de Domine, Amice Car.me.

La Vostra lettera di 16 del passato, direttiva a Monsignor mio Rev.mo et Ill.mo di Farnese, comparse 4 dì sono per via del Nuntio di Germania⁴⁰. Et con piacere et satisfatione di Nostro Signore fu visto quanto havete fatto fin all' hora col Ser.mo Re Gio[vanni]⁴¹ et li avvisi che date delle cose di là. Et perché penso che alla ricevuta di questa dovrete esser partito per Polonia, non accade che io mi estenda in dirli altro, salvo laudar la diligentia et prudentia vostra et dirvi che qui stamo in espettatione d'intendere l'arrivo della Maestà Cesarea in Fiandra, dove tenemo per certo che habbia da seuire lo stabilimento della pace tra Sua Maestà et il Christianissimo⁴², secondo che per altre dupplicate li è stato scritto alli giorni passati da Mons. mio Rev.mo et Ill.mo Farnese⁴³. Il quale a quest' hora si deve trovare vicino a Lione, essendo partito di qua hoggi sono X giorni, in poste con 35 cavalli, mandandolo Sua Santità Legato all' una et l' altra di quelle Maestà per rallegrarsi di questa santa opera, frutto delle sue mani, et per exhortarli per debito suo a quelle executioni che sono subsequenti alla pace, per beneficio publico della Christianità et per honor di Dio et exaltatione et confirmatione della fede^{b)} sua etc⁴⁴.

Da Buda si aspettano altre vostre lettere della resolutione, con la quale vi sarete partito da quel Re; et di poi di Polonia, di quello che havrete exequito, tanto co'l Re et figliolo, come con la Regina; li quali tutti benedirete da

⁴⁰ Ioannes Morone, qui in epistula sua ad card. Farnese, data Vindobonae 25 XI 1539, scribit: "Sono anchora qui alligate lettere de Mons. Rorario, havute in questo punto che si serrava il plico" (min. BV, Vat.Lat. 6404 f. 87r). In epistula per eum transmissa scribebat Rorarius de ulterioribus colloquiis suis Vindobonae habitis, ad res Hungariae et Ferdinandi Habsburg spectantibus (ed. Ováry, p. 86-91).

⁴¹ Zápolya.

⁴² Occasione transitus Caroli V per Galliam in Flandriam euntis, Paulus III obtinuit, ut ambo reges una convenienter et pacem Niceae a. 1538 initam confirmarent. Cfr. infra, N. 14.

⁴³ Litterae hae non inveniuntur.

⁴⁴ Alexander Farnese, nominatus legatus a latere in consistorio 24 XI 1539, discessit Roma 28 eiusdem mensis, v. Pastor SP V, p. 243. Acta huius legationis ed. Lestocquoy ANG I, p. 504-621.

parte di Sua Santità et farete le mie humili raccomandationi⁴⁵, offerendome-li etc. Et bene vale. Roma etc.

a) *Repetitum sub textu cum nota, alia manu
exarata: Per mani*

b) *Adscriptum supra.*

N. 13.

**Hieronymus Rorario
card. Alexandro Farnese**

Budae, 12 XII 1539.

Notum facit Ioannem regem Hungariae missurum esse oratorem ad imperatorem (Carolum V), ut pactis cum rege Ferdinando initis renuntiet; aepum Colocensem (de Frangipanibus) ex Polonia redire; sibi vero regem promisisse postero vel eo ipso die licentiam discedendi daturum.

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane, fasc. 729 n. 22. Consignatum a Darowski (Kraków, BPAN, ms. 8466 f. 149r: asserit intus servari folium "decifratum").

- **Ed.:** Ováry, p. 99.

[Refert de proxima profectione Georgii, epi Varadiensis, ad imperatorem Turcarum, cuius missionem regi dissuadere studet, timens ne is causam inficiat et habitum religiosum reiiciat].

(a)-Intendo da bon loco che el Re Giovane è per mandar un Orator al Imperatore a renunciar al concordio facto; et questo per li torti, dice haverli fatti el Re de Romani con el mandar de Laschi al Turco⁴⁶. Et forse li moverà nuovi partiti il Colocense⁴⁷. Lo haveano mandato al Re di Polonia vecchio, non per cosa de momento, ma per ablegarlo da lor conseglii. Al presente è di ritorno^{a)}. *[In Danubio glacies dissolvi cooperunt]*. Havea Sua Maestà dicto volermi heri over hozi expedir. Altro non ho etc. Da Buda, ali XII di Decembro 1539.

Di V.ra Signoria Rev.ma et Ill.ma

humilis et obedientissimus servitor
Hieronimo Rorario

a-a) Notis arcanis exaratum.

⁴⁵ Haec recommendatio indicare videtur Pamphilum de Strassoldo, clientem Farnesiorum, tanquam huius epistulae auctorem; notandum est minutam hanc conservatam esse Parmae una cum eius epistulis a. 1536 ex Polonia scriptis.

⁴⁶ Cfr. supra, N. 10-11.

⁴⁷ Franciscus de Frangipanibus, missus in Poloniam (v. supra, N. 9).

N. 14.

Hieronymi Rorario

**ad Sigismundum I et Sigismundum Augustum, reges Poloniae,
oratio**

[Cracoviae, medio Ianuario 1540].

Optat regi Sigismundo longam vitam, ut filio paternis monitis praesto esse possit. Hunc autem adhortatur, ut vestigiis genitoris sui incedat. Dicit summum pontificem misisse se, ut pacem inter reges Romanorum (Ferdinandum) et Hungariae (Ioannem) conderet. Recordatur quid papa de conciliandis imperatore (Carolo) et rege Galliae (Francisco) fecerit, tam personaliter Nicaeam eundo, quam et recens nepotem suum, card. Alexandrum Farnese, legatum in Flandriam mittendo. Adhortatur regem, ut operam navet in regibus Hungariae et Romanorum, cognatis suis, conciliandis. Notum facit se pileum et ensem regi iuniori portare, ipsi in templo praesentandos. Cetera in privata audientia se esse communicaturum.

Cop.coaeva: AV, Lett.Principi 14 f. 476r-478r (in copiario scriptorum card. Alessandri Farnese).

Cop. posteriores: AV, Misc.Arm. II 115 f. 210v-213v;

AV, F.Bolognetti 241 f. 256r-258r;

BV, Ottobon.Lat. 2433 f. 303r-305r;

BV, Chigi, R.I.26 f. 133v-135r;

Firenze, AS, Carte Stroziane, Series I, ms. 301 f. 21r-24r.

Il parlamento fatto alli Ser.mi Re di Polonia etc.

Summus Pontifex salutat Maiestates V.ras^{a)} et tibi quidem, sapientissime Rex, optat, ut incolmis, quod longissimum homini datur, vitae curriculum expleas, quo summae spei adolescentem filium tuum, per paterna vestigia amplio gradu vadentem, in dies magis instituas, dirigas, componas, dum iuvenilis aetas lubrica sisti, caerea flecti monitis paternis potest. Tibi vero, iucundissime Rex, eam precatur felicitatem, ut ab utroque sanctissimo Parente tuo nunquam te degenerem praebeat. Hoc Tibi, hoc Regno tuo, hoc Christianae Religioni consuli posse putat.

Sanctitas eius, ab initio statim Pontificatus sui, sentiens se non hominem magis quam misericordis Dei nutu ad Apostolatus apicem evectum, dignas Deo gratias referre creditit, commissum sibi Dominicum^{b)} gregem tuendo et in id omnes curas, conatus omnes impendendo. Itaque cernens duorum Regum discordia patentem portam recludi acerrimo et perpetuo Christiani nominis hosti ad invadendam Rempublicam Christianam, misit me, me inquam misit, ad Ser.mos Ioannem Hungariae et mox ad Ferdinandum Roma-

norum Regem, qui dissidentes de Regno, Sanctitatis [476v] eius nomine, auctoritate, precibus componere[m], simultates tollerem, fraterni amoris vinculis necterem, altera manu ostendendo venturum ex eorum discordia exitium et sibi et suis et vicinis Regnis, altera ex concordia quietem, otium, securitatem⁴⁸. Quae, si tunc audita' et paterna eius monita quibus debebant auribus excepta fuissent, cessassent vulnera, cessassent clades utrinque illatae, nec impius hostis eos in nos spiritus concepisset.

Spe lapsa Sanctitas Sua, quum animadverteret haec eadem ex duorum itidem potentissimorum Regum dissidio, inimiciis, odio pendere, qui vel soli vulneribus nostris mederi et possent et deberent, non dubitavit longum illud et difficile iter Niciam usque obire, parvam aut nullam ingravescentis aetatis ac salutis suae rationem habens, dummodo saluti nostrae consuleret. Ibi invictissimum Caesarem, ibi Christianissimum Regem, in mutuam perniciem plus nimio accensos, sic extinxit, sic conciliavit, ut decem annorum inducias inter ipsos pepigerit, quae pacis initia et fundamenta forent⁴⁹. Et iam nunc incipit pius, prudens et re potius quam titulo Sanctissimus Pontifex, iactae bonae sementis suae optatas, uberes, plenas spicas metere. Audire potuerunt Maiestates [477r] V.rae Caesarem ipsum, parva comitante manu, per dispositos equos ab Hispaniis Galliam petuisse, illic inter Reges iunctas dexteras, illic fraternum amorem imbibitum, illic inviolabile futurum foedus percussum et connubia in Flandria ac reliqua amoris et concordiae robora sequutura⁵⁰. Audire potuerunt Maiestates V.rae utrumque Regem sui in Italia exercitus Duces ad Venetos destinasse, qui foedus inter se ictum referrent, et ut animati forent non rem solum Christianam adversus crudelissimum hostem tutari, sed et ipsum Tyrannum, Duce et Auctore et Auspice Christo, invadere, hortarenturque Patres illos, ut maiores suos sequuti, qui Rempublicam illam, exiguis ortam initii, sola erga Deum et Rempublicam Christianam pietate magnam et opulentam reliquere, secum, pro sua, pro communi salute in tam sanctam, utilem, necessariam expeditionem consiperent. Audire potuerunt Maiestates V.rae, quam dignum illi Illustri Senatui responsum tulerunt: neque Maiores suos Reipublicae Christianae defendendae propagandaeque defuisse, neque se defuturos, privataque commoda et salutem propriam publice posposituros⁵¹. Audire demum potuerunt Maiesta-

⁴⁸ Meminit suarum praeviarum legationum a. 1523-1527 ad Ferdinandum, et a. 1534-1535 ad Ioan-nem Zápolya, v. Paschini, p. 170-185.

⁴⁹ Haec pax, vel potius industiae, maximis conatibus summi pontificis obtentae, conclusae sunt Ni-caeae 18 VI 1538. De itinere Pauli III eiusque colloquiis cum imperatore Carolo V et rege Galliae Fran-cisco I. Pastor SP V, p. 184-193.

⁵⁰ Sermo est de itinere Caroli V in Flandriam facto, ubi matrimonium inter ducem Aurelianensem, Carolum de Angoulême, et filiam imperatoris, Mariam, ad finem perducendum erat. Quod tamen con-nubium tum conclusum non est. Tempore huius itineris Franciscus I comitatus est Carolum V a Loches usque ad Lutetiam Parisiorum (v. Brandi, p. 363-366), ubi diebus 1-7 I 1540 etiam card. legatus Alexander Farnese colloquia cum eis habuit (Pastor SP V, p. 243, cfr. supra, N. 13).

⁵¹ Veritatem egredi videtur. Agitur potius de societate bellica contra Turcas inter papam, imperato-re et Venetos 8 II 1538 inita (v. Pastor SP V p. 182-183). Hieronymus Verallo, nuntius Venetiis tunc existens, nullam colloquiorum hac de re in senatu habitorum facit mentionem (v. Gaeta NV, II passim),

tes V.rae, quaemadmodum Beatissimus Pontifex, vere beatus, utpote tanti et tam elaborati operis compos effectus, Sedis Apostolicae [477v] Legatum miserit, Rev.mum Cardinalem Farnesium, S.R.E. Vicecancellarium, Nepotem suum, qui utrius Regi gratuletur et ad reliqua persequenda accendat, inflammet, Caesaremque ipsum in Germaniam comitetur, ut et futuro Concilio modus et dies praescribatur⁵².

Harum rerum laetum, exoptatum, salutiferum nuncium me Maiestatis bus V.ris afferre iussit Maximus Pontifex, ut tametsi aliunde referri audissent, eo tamen certiores secum communi saluti gratularentur. Sperat certe Sanctitas eius Maiestatem tuam, quae publici commodi plus quam sui avidissima semper fuit, hoc tam certo quam inexpectato nuncio perfusam, revirescere debere et vel ob id ei multorum annorum, quod in primis Deum praeccatur, aevum accessurum. Cui insuper gratulatur, quod sua solita prudentia usa, duplici vinculo sibi iunxerit Romanorum et Hungariae Reges, alterius filiam dulcissimo filio suo nuptui, alteri filiam dando⁵³. Confiditque Maiestatem tuam, utpote quae nexus capita manu teneat, et modo trahendo, modo remittendo moderetur, nunquam passuram illos ab inito semel concordiae et foederis iure labefactari.

Mittit autem Ser.mo Maiestatis tuae filio paterni amoris et conceptae de eo spei pignus, Pileum et [478r] Ensem, in Sacratissima Natalis Domini nocte benedictos, quo munere clarissimi Reges ob aliquod insigne meritum erga Catolicam fidem et Sanctam Sedem Apostolicam decorantur. De qua re nunc verba non faciam, facturus forsitan cum munus ipsum in templo Summi Dei inter sacra solemnia de more offeretur. Reliqua privatim referenda, quum Maiestati tuae maxime opportunum visum fuerit, copiosius exponam^{c)}.

a) *In copiis posterioribus: Maiestatem Vestram*

b) *Adscriptum supra.*

c) *Sequuntur duo verba penitus expuncta.*

N. 15.

Hieronymi Rorario ad Sigismundum Augustum oratio

Cracoviae, 15 II 1540.

Dicit summum pontificem ei - adhuc iuveni - pileum et ensem in nocte nativitatis Christi benedictos dono dare, ut - vestigiis parentum et patrui, beati

ex relationibus autem nuntii in Gallia, Filiberti Ferrerio, non sequitur, ut Franciscus I ad bellum contra Turcas movendum accedere in animo habuerit (v. Lestocquo ANG I passim).

⁵² Vide supra, N. 12.

⁵³ Scilicet Elisabetham Austriacam Sigismundo Augusto et Isabellam Jagellonicam Ioanni Zápolya.

*Casimiri, incedens - fidem catholicam defendat et societatem depravatorum iu-
venum vitet, ne Poloniae aliquando id accidat, quod Germania nunc patitur,
quae omni genere malorum affecta est a tempore, quo Lutheranismus ibi radi-
ces agere coepерat.*

- Cop.:** BV, Vat.Lat. 13464 f. 36r-39r (1 parte saec. XVI);
 BV, Ottobon.Lat. 2433 f. 317v-321r;
 BV, Chigi R.I.26 f. 145r-148r (mala transcriptio);
 AV, Misc.Arm. II, ms 115 f. 230r-234v (pessima transcriptio).
 - **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 530-532 (correctis erroribus).
 - **Ed.:** Paschini GR, p. 92-93 (fragmentum).
 AV, F.Bolognetti 241 f. 270r-273v.
 Firenze, AS, Carte Stroziane, Series I, ms. 301 f. 41r-46r (cum annotatio-
 ne: "Rivista").
 Roma, Bibl.Casanatense, ms. 2335 f. 196r-202v.

In oblatione Pilei et Ensis
 Ser.mo Sigismundo Secundo, Poloniae Regi,
 per Rorarium

Vides, Ser.me Rex, quo te munere donet Maximus Pontifex, nempe quo Romani Pontifices Illustres Reges, de Catholica Fide, de Sancta Sede Apostolica benemerentes, illustriores reddunt. Te vero quoniam argumento, qua ratione, quo consilio potissimum elegerit^{a)}, qui per aetatem vix dum aliquid meditari, nedum patrare voluisti? Ob quod praeferri debueris tot clarissimis Regibus, tot famosissimis Principibus, qui non cessant Catholicam Fidem et Sedis Apostolicae dignitatem contra impios hostes defendere?

Ser.morum^{b)} profecto Parentum tuorum pia et nunquam intermissa merita prudentissimum Pontificem excitarunt, nunquam fore desperantem, ut tali semine satus degeneres. Possunt quippe aeterni nominis Genitores tui (pace aliorum Principum dixerim) in primis gloriari hoc Poloniae Regnum inter tot fluctus, tot procellas, tot turbines, quibus Ecclesia Dei, quibus Respublica Christiana quatitur, sua pietate, religione, prudentia ab impiis haereticis impollutum, ab immanibus barbaris tutum servasse servareque. Sed et haec plusquam Regia indoles tua, si tam oculis a Summo Pontifice [36v] cerneretur et a Sacro illo Cardinalium Collegio, quam a me nunc cernitur, aut quae auribus est accepta, quanto alacriores redderet, quanto in magnam certamque spem erectos, in maiorem etiam numerum certioreunque erigeret, macte virtute Adolescens, quem talis tantusque Pontifex, qualem multa saecula non viderunt nec gregi suo diligentius invigilantem, nec in ea simili aetate pro publico commodo fortius insudantem, nec dignos dignis laudibus, premiis, honoribus magnis extollentem; quem porro tot illustres Cardinales, quot nullo unquam in coetu, nullo in aevo sanctitate vitae, sapientia, erudi-

tione, omni virtute conspicis, micuere; macte inquam virtute; quem tot tanti-que viri ex omni Regum numero elegerunt, quem hoc munere dignum censem-ent.

Gloriari potest Maiestas tua ab illis usque primordiis, quibus Sancta Sedes Apostolica instituit in illa Sacratissima Natalis Domini nocte Pileum et Ensem benedicere, ut de se benemeritos Reges non querna, non graminea, non aurea corona decoraret, sed suis longe preciosioribus, vel quod benedi-cuntur in ea nocte, in qua humano generi salus illuxit, vel quod ab illo, qui Omnipotentis Dei vicem in terris gerit, vel quod non de grege cuilibet, ut illa, sed Regibus mittuntur. [37r] Gloriari nempe potes nunquam contigisse, ut in huiusce usque adeo iuvenilis aetatis Regem tantorum virorum iudicii praero-gativa caderet. Felix ter et quater. Felix tamen, si cogitaveris non tantum honoris quam oneris tibi adjunctum, difficilemque prorsus, caeterum glorio-sam, provinciam humeris tuis impositam. Quam nisi graviter substinueris expleverisque, non iactum in Genitoribus tuis fundamentum eos, qui te ele-gerunt febellisse, sed te tibi defuisse apparebit. Possunt etenim hominem immutare, amissa paterna semita, prava sodalitia et, ut ille Roboam Salo-monis, iuniorum potius quam seniorum consiliis inhaerens animus⁵⁴. Gene-ratio bona, educatio sancta, pertinax virtus mentiri alioquin non possunt.

Hoc tibi Pileo, Spiritus Sancti specie insignito, veluti impenetrabili ga-lea munito, erunt hostes fidei repellendi. Hoc tibi Gladio erunt iidem transfigendi, et praesertim istae dolosae vulpeculae, quae pietatis personam deferentes, Vineam Domini demoliri nituntur⁵⁵, prophana sacris, privata publicis miscentes, dumtaxat ut apud imperitum vulgus turpe lucrum et inanem au-ram aucupentur.

*(c-*Ah, infelix Germania, quo te impostores^d isti praecipitem traxerunt, dum tu Sanctorum Patrum via ambulasti, qui sanguine Christi fundatam Ecclesiam, sanguine suo erexerunt [37v] et ad hanc toto orbe coruscantem amplitudinem evexere. Nulla terrarum pars te felicior atque beatior vivebat, nulla reperiebatur in te urbs, nullum oppidum, nullus pagus, in quo ferverent factio-nes, quae sunt non civitatum tantum, verum ipsorum Regnorum exitia-les pestes. Quisque Deo, quisque sibi, quisque amico vivebat. Eras et tuis et exteris nationibus probitatis imago, religionis specimen, mutui amoris exem-plar. Postquam autem vivendi rationem mutare libuit et pro illis, qui in soli-tudinibus, in eremo, in ieuniis atque assiduis lacrimis, situ et squalore ob-siti, animosam et inopem vitam traxerunt, in suppliciis, in igne, in carnificiis auctorem vitae sequentes; postquam, inquam, illos deserere, istos amplecti libuit, qui pro solitudine turbas amant, pro eremo tabernas, pro ieuniis compotationes, pro lacrimis cantilenas, nitidi et delicati, non in suppliciis, sed in voluptatibus; non in igne, sed in ardore libidinum; non in carnificiis, sed in omnis lasciviae et turpidinis caeno, voluptatis, caecitatis - [ideo] la-

⁵⁴ Cfr. 3 Reg. 12, 6-15.

⁵⁵ Cfr. Cant. 2, 15.

psa es, ut, tot inter dissidentium atque invicem digladiantium haereticorum turbas divisa, nedum vel hoc imperitiae et impietatis argumento monita, quid in fide sequare, teneas, credas, penitus ignores.

Hinc [38r] veluti mente abalienata et furiis concita, in mutua dissidia, mutua vulnera ruisti. Vidimus perpaucis ante annis tuorum civium sanguine campos madere. Vidimus virentia prata interfectorum ossibus albescere. Vidimus cadaverum tumulis planities insurgere, dum ab istis tuis egregiis Evangelicis Doctoribus, an corruptoribus, edoceris nullas erga Deum ceremonias colere, nullam Principibus obedientiam, nullum Sacerdotibus cultum, nullam maioribus observantiam [320r] exhibere, Christianam libertatem nullis hominum subiici legibus, nulli timori, nullis imperiis; solutum aequa ac sacris initiatum, rusticum ac civem, civem ac nobilem, nobilem ac principem Christianum esse. Id unum nomen cuiusque ordinis, cuiusque dignitatis discrimen tollere.

At ubi publica cessarunt et satis sanguinis superque haustum est, nec compressis manibus desiderent, inimica pacis Erynnis et invidens publico bono Tesiphone [sic], colubris et facibus armatae, in privatos lares irruperet⁵⁶. Nulla est tam angusta atque tam humilis domus, nulli tam privi habitantium numero penates, in quibus non diversa sentientium haereticorum insanias debachetur; cuncta illitis veneno discordiis, livore, inimicitii, rabie ardent; pater in filium armatur, [38v] frater in germanum, maritus in coniugem, servus in dominum; dum etiam et mulieres (si Deo placet) et vilissima mancipia non horrent Vas illud Electionis illotis manibus tangere, impuris oculis inspicere, polluto ore proferre et mystica illa sensa ac divina arcana, quae etiam eruditissimis, qui Spiritu Sancto non ducuntur, obscura et ignota sunt, ceu vanitates suas agentes invicem iactare audent^{c)}. Et miramur, si iustissimus vindictus Deus has poenas, haec supplicia de Catholicae fidei, de Sanctae suae Sedis Apostolicae contemptoribus sumit in istos fascinatores, Deo et bonis omnibus invisos.

Gladius is tibi stringendus erit, ne qua futura tempestate (horret animus dicere), cum^{e)} Ser.mi Parentes tui aut penitus senuerint, aut in Caelos rapti migraverint, florentissimum Poloniae Regnum, quod illorum nunc institutis, pace, otio, quiete fruitur, pestilentissimis dogmatibus turbetur, miscetur, laceretur. Si recte memorata recordor, Themistocli illi Atheniensi, sola ambitione impulsu, Miltiadis trophyaeum somnos adimebat⁵⁷. Quanto magis tibi haec a me hodierna die breviter recitata somnos adimere debent. Ita Deus faxit, Deus ille, qui in hoc Regio vultu venerandam in Patre maiestatem effinxit; Deus ille, qui [39r] pietatem, religionem, caetera animi bona in utroque Genitore, Regno ipso clariora, hoc tam pulchro in corpore inclusit, ut longaevos Parentes longaevis ipse superes, quo possis, non repetam a ma-

⁵⁶ Vergilius, *Aeneis* passim.

⁵⁷ De controversia inter Themistoclem et Miltiadem v. Pauly-Wissowa, *Real-Encyklopädie der klassischen Altertumswissenschaft*, T. 15/2, Stuttgart 1932, col. 1688-1689.

ioribus, per manus traditam Religionem, recentia sequar, ab ipso Patruo tuo, Beato Casimiro, qui hanc unam Religionem colendo, quam isti osores nostrae salutis evertere conantur, Caelos adipisci et innumeris clarere miraculis meruit⁵⁸, pari cultu Maiestas tua, non dicam observare, ne certa in dubia revocem, sed a subditis tibi gentibus observari. Sic Summi Pontificis, sic Sacri illius Cardinalium Collegii conceptam de te spem non frustraberis; sic Poloniae populi, qui sub hoc mitissimo atque sapientissimo Sene, sub hac religiosissima atque prudentissima Faemina feliciter degunt, felicius adhuc sub te fortunabuntur, et Maiestas tua, per hos tramites gradiens, Regni sui terminos, quod felix faustumque Reipublicae Christianae sit, ultra Scithas et Pontum propagabit, etc.

- a) *In omnibus copiis: eligitur*
- b) *Ita in omnibus copiis excepta Vat.Lat, quae habet:
Summorum*
- c-c) *Ed.Paschini,p. 192-193.*
- d) *Ita in Ottob.Lat. et aliis; Vat.Lat. habet:
in posteres*
- c) In omnibus copiis: cura*

N. 16.

**Hieronymus Rorario
card. Alexandro Farnese**

Cracoviae, 24 II 1540.

Notum facit se ad illum superiores suas dedisse Agriae 28 XII; se esse bene acceptum in Polonia, ubi longam orationem in audience apud regem habuerit, cuius exemplar mittit. Describit caerimoniam traditionis pilei et gladii, Sigismundo Augusto die 15 II in ecclesia cathedrali Cracoviae porrectorum, mittitque suae orationis tunc habitae exemplar. Recenset duo longa colloquia cum regina (Bona) habita de ducatu Rossanensi et quodam palatio Romano nepotibus papae vendendis, necnon de expeditione adversus Turcas, ad quam ineundam inducere illam conabatur, diversos casus violationis indutiarum a Turcis ipsi significando. Mittit epistulam Hieronymi Łaski Constantinopoli missam et describit, quomodo is bene ibi sit acceptus. Queritur, quod pecunia sibi deficiente, expensis regis vivere debeat, exspectans licentiam in Hungariam sese conferendi. Petit, ut ad imperatorem sibi proficiisci liceat. Gratulatur de evectione Marcelli (Cervini) ad cardinalatus dignitatem.

Autogr.: AV, Carte Farnesiane 19 f. 47r-50r. In f. 50v inscriptio et sigillum.
- Ed.: Theiner VMPL II, p. 528-530 ("Ex Archivo Farnesiano Neapolitano"?)

⁵⁸ Cfr. Ferreri, *passim*.

Rev.mo et Ill.mo Monsignor etc.

Da li 28 Decembre, da Agria⁵⁹ in qua, non ho scripto a V.ra Ill.ma Signoria per mancamento de messi et per non li esser cossa [sic] degna di aviso. Non ho perho [sic] mancato di scriver spesso a Roma⁶⁰, essendomi più volte offerti messi per Venetia. Io de qui son stato et son molto honorato et acharizzato [sic] da questi Ser.mi Re. La prima audientia hebe, volseno fusse pubblica. Perilché me parse retirar el parlar mio al segno, V.ra Signoria Rev.ma vedarà per la copia penso mandarli con questa⁶¹. Et certo vide nel principio questo bon Vechio Re lachrymar.

Non ho havuto poi altra audientia salvo che dui da la Ser.ma Regina, parte per le occupatione grande vi sono in questa sua Dieta, parte per la indisposition del Re Vechio, per la qual si è etiam differito el presentar de Spatha fin ala prima Domenica di Quadragesima⁶², aciò Sua Maestà possesse esserli presente. In quel giorno mandò a levarmi di casa per dui Vescovi, sì come havea etiam prima facto. Et ala porta de la Chiesa el Re Giovene con la processione et con el Vescovo di Cracovia⁶³ in pontificale vene ad incontrar. El qual cantò la Messa, essendovi [47v] presenti el Ser.mo Re Vechio, la Regina, li Oratori del Ser.mo Re de Romani⁶⁴, sei Vescovi et li Baroni del Regno. Avanti li quali, finite le ceremonie, fece una breve oratione, qual mi parse esser a proposito di questi tempi et beneficio di questo Regno. Et mi forzarò mandarne copia a V.ra Ill.ma Signoria, se non con queste, con le prime⁶⁵.

Nela seconda audientia de la Ser.ma Regina tocai la cossa [sic] di Roxano et di la Casa. Quanto a Roxano me disse che la havea havuta intentione di venderlo per esser gente rixose et factiose, ma che intesa la cossa quelli populi mando[rono] a supplicarli li facesse gratia de non li alienar, et per questo si era levata dal primo proposito; et che ne havea trovato octanta cinque millia scudi, over ducati; et quando fusse per venderlo, lo daria a chi più ne desse. Me parve de qui comprender che quando se li facesse melior partito, forse lo acceptaria. Ma perché Nostro Signore mi commesse solo tentasse lo animo suo senza venir a conclusione, non hebe ardir passar più oltra. Ben occorrendomi a partir prima che habi altra risposta sopra de ciò da Sua Serenità, [48r] over da V.ra Ill.ma Signoria, tentarò come da me se la fusse per lassar per li 85 millia scudi, o per qual menor pretio⁶⁶.

⁵⁹ Eger in Hungaria, unde etiam dedit longam epistulam, notis arcanis exaratam, exclusive de rebus Hungaricis tractantem, ad Durantem de Durantis, secretarium Pauli III (autogr. AV, Carte Farnesiane 7 f. 46r-49r).

⁶⁰ Vide infra, N. 17.

⁶¹ Vide supra, N. 14.

⁶² Anno 1540 cecidit in diem 15 Februarii.

⁶³ Petrus Gamrat, epus Cracoviensis ab a. 1538.

⁶⁴ Sigismundus ab Herberstein eiusque socii.

⁶⁵ Vide supra, N. 14.

⁶⁶ Agitur de ducatu Rossanensi, quem, ut videtur, Farnesii a regina Bona emere volebant.

Quanto a la Casa, fece cascar il parlarne incidenter. Sua Maestà si dolse molto non haver mai havuta gratia da Nostro Signore, anzi haverli levate alchune nominatione, gratificando più presto ogni vil Pollacho ch'a se, et hora levarli quella Casa, con volerla appropriar al Nepote, come di Casa Sforzescha et che lei non conoscea altri de Casa Sforzescha, né più proximi di se⁶⁷; et più che Sua Santità havea levata al Vescovo de Lodi una pension li pagava un Cardinale⁶⁸. Et si mareveliava [sic] che Sua Santità tolleret alicui ius quaesitum, concludendo che la Casa valea da XX a XXV millia scudi et se^{a)} li pagasse Sua Santità^{b)}, veria ad esser satisfacto el Vescovo da Lodi et lei. Rispose ad ogni parte: et quanto a le nominatione, che'l era consueto a tempi levarle, etiam al Imperatore et altri Re⁶⁹; et quanto ala pensione, non ne credeva cossa alchuna, ma ben credeva fusse arte de Mons. de Lodi per far che Sua Maestà lo subvenisse. In fine non vedo se li possa cavar cossa alchuna, salvo con pagar et strapagar.

Li parlai etiam cerca le cosse publice⁷⁰: prima per voler lei intendere et intervinir al tutto, et poi per aquietarla, [48v] dimostrando che Nostro Signore me havea expressamente imposto che in tutto el negociar mio facesse capo a Sua Maestà et mi governasse secondo el suo conselio, confidandose Sua Santità nela prudentia de Sua Maestà et nel amore havea portato ala Ill.ma Sua Madre, mentre era in minoribus. Et qui me slargai cerca la expeditione general ogni volta se facia, ricercando el parere di questo Ser.mo Re, et per età et altre qualità prudentissimo, del modo et qualità de la Gente, et qual subsidio possesse dar per defension del suo Regno et dil resto de la Christianità. Se risolse in mia parolla [sic] che lorro [sic] haveano bona pace con el Turcho, né erano per mancarli la fede et intrar in tal bello con exponer a certo periccolo [sic] el suo Regno, sapendo molto ben le discordie de li Principi Christiani et avidità insatiabile de occupar quel dil compagno et non di conservargelo [sic].

Al che anchor che con diverse ragione respondesse, monstrandoli etiam qual animo havea il Turcho verso di lorro, havendo da quattro mesi in qua fabricata una forteza sopra el Fiume Nestor, qual divide la Vallachia da la Polonia, et havendola aedificata parte su quello di Pollonia [sic] et piliata la

⁶⁷ Agitur de palatio Romano olim card. Ascanii Sforza († 1505), ad quod ius hereditarium vindicabat sibi regina, quod tamen Paulus III dedit nepoti suo, Guidoni Ascanio Sforza, e linea comitum de Santa Flora oriundo (cfr. Pociecha KB I, p. 27; de Guidone Ascanio Sforza v. infra). De occupatione huius palatii querebatur regina iam coram Strassoldo a. 1536 (v. Strassoldo, N. 9).

⁶⁸ Constat epum Laudensem tunc fuisse Ioannem Simonetta (ab a. 1537), tamen, ut conici potest, agi hic de pensione annua 800 ducatorum, quam sibi reservavit Octavianus Sforza (1477-1541), filius naturalis Galeatii Mariae, patruus reginae, epus Laudensis ab a. 1497, renuntiando huic episcopatu a. 1519. Cardinalis, de quo hic loquitur est Iacobus Simonetta, secundus successor Octaviani in episcopatu Laudensi a. 1536-1537 (v. Gulik-Eubel HC III, p. 220).

⁶⁹ Agitur de iure patronatus regii. Bona obtinuit tale privilegium circa nominationem dignitatut in ecclesiis cathedralibus Poloniae a Leone X anno 1519 et a Clemente VII a. 1524, v. Pociecha KB II, p. 452-460.

⁷⁰ De his rebus publicis colloquebatur in prima audiencia apud reginam, die 18 Februarii habita, ut constat ex epistula ad card. Guidonem A. Sforza data (v. infra, N. 17).

materia^{c)} per [49r] la fabrica su quello di Sua Maestà, contra la confederatio-ne hano insieme; et più havendo di novo mandato un numero de cavalli a ve-der un altro loco, più verso il Septentrione, per fabricar un'altra forteza et se-rar questo Regno da ogni canto per posserlo a suo bon piacer opprimer⁷¹. Re-spose che di questa ultima partita non haveano ferma certeza, ma ben ch'el Turco preparava tre grossi exerciti: uno contra el Sophi⁷², el secondo contra Christiani, el terzo contra Moschobiti [sic]; et che non vedeano al'incontro apparati de Christiani di possersi defender, non che lorro havessen causa de metter il suo in compromesso; che ben ne possea parlar con el Ser.mo Re, ma che non ne cavaria altra risposta ch'el Turco se laudava de lui, dicendo che 'l non era Re Christiano, qual più li servasse la fede.

Mando a V.ra Ill.ma Signoria un capitulo, extracto da lettere de Hieroni-mo Laschi a questa Ser.ma Regina da Costantinopoli, quale Sua Maestà mi ha mandato, aciò lo vedi⁷³. A [sic] benché, per quanto se intende de qui, el dicto Laschi deve esser già ritornato a la Caesarea Maestà, pur potria venir a qualche proposito a V.ra Signoria Rev.ma ^(d-d'-vederlo-d'). Dicono ch'el se ri-trovò a la circuncision de li filioli dil Turco et li [49v] fu dato el primo loco tra li Oratori, et che'l primo giorno del anno partì da Constantinopoli, accompa-gnato da III^e milia Cavalli fin a li confini dei Turchi.

Ill.mo et Rev.mo Signor mio, io non so quello me habia a fare. Dal tempo partito da Roma non ho mai havuto cossa alchuna de la mia provisione et son stato con gran spesa. Et oltra quello ho consumato del mio, fui etiam forzato nel partir da Buda piliar cento scudi da Mons. di⁰ Transylvania⁷⁴. Qui questo Ser.mo Re me fa le spese con suo grande damno, che dove ho XIIIII ser-vitori, computato me, lorro ne tengono XVI a servirme; di modo che ho con bon modo inteso che in 43 giorni che son stato qui, la spesa facta passa quattro-cento fiorini⁷⁵. Et me ne vergogno darli questa graveza, maxime non havendo che negociar con lorro. Ma perché Nostro Signore me commette nela instruc-tione non parte senza licentia sua, non lo posso far. Et benché habia le spe-se, sapia V.ra Signoria Rev.ma che tanti sono li extraordinarii facti, et che sarò forzato a la partenza far che'l me saria stato più a proposito, me haves-sen lassato far le spese da me. Oltra di questo non ho [50r] resolutione al-chuna da Roma cerca le bolle de Hungaria, se le ho a dar a le mane del Sere-

⁷¹ Agitur de arcibus Tehinia (hodie Biendiery in Moldavia Sovietica) et Horejów, de quibus Nicolaus Sieniawski ita ad Albertum, ducem in Prussia, die 30 X 1540 referebat: "Ad littora tum demum Nestri, a confiniis Sacrae et Ser.mae Regiae Maiestatis, D.ni nostri, consistencia, arcem Thehynya nun-cupatam, defense cumprimis accommodatissime provisam, [idem Thurcal] muro constructam erexit. Ad-huc vero pro futura in proximo aestate alteram quoque arcem in loco dicto Hereyow, ab ipsa priori arce erecta versus nostratum oram superius tendendo, [...] erigendam velle dicitur. Successive, proh dolor, hostis ille serpit versus nostratum oram" (Lanckorońska DARV VI, p. 91).

⁷² Id est Tahmasp († 1576) ex dinastia Saphavidarum, regem Persarum ab a. 1524.

⁷³ Copia haec desideratur. De alio eius exemplari, annexo epistulae Rorarii ad card. Guidonem A. Sforza, v.infra, N. 17.

⁷⁴ Ioannes Statileo.

⁷⁵ Cfr. infra N. 19.

nissimo Re⁷⁶. Che altramente non sono per piliarle. Et supplico a V.ra Ill.ma Signoria, se degni cerca il tutto risolverme. Et perché considero che la Caesarea Maestà, facta la Pascha, verrà in Germania, iudicaria, parendo cussì a V.ra Signoria Rev.ma, che'l non fusse fora di proposito, di ritorno far quel camino et mostrar a Sua Maestà haver commissione da Nostro Signore venir a Sua Maestà et farli intender quello ho tractato in Hungaria et in Polonia, aciò cognosca la bona mente [de] Sua Santità in ogni conto.

Et perché tegno [sic] Nostro Signore ordinarà che dia le bolle al Ser.mo Re de Hungaria, che non vedo se possia far altramente, iudicaria fusse a proposito che de lì me fermasse alquanto, sin se conludesse con quel Re. Con el qui ho singular gratia, et me ha aperto lo animo suo con una gran fede^{g)} verso di me.

La promotion del Rev.mo Mons. Marcello, cussì come è gloriosa a Nostro Signore, qual non se affatica in altro che exaltar la virtù et procurar el ben publico, non altramente spero che la sarà proficua a V.ra Signoria Ill.ma et che lei serà quella ne caverà il fructo⁷⁷. Che Dio lo faccia. A la qual baso la man et humilmente me li ricomando. Da Cracovia, a li XXIIII de Fevraro 1540.

Di V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria

humile et obedientissimo
servitor Hieronimo Rorario

a) *Adscriptum supra.*

b) *Sequitur expunctum: che*

c) *Sequitur expunctum: de l*

d-d) *Adscriptum in margine.*

e) *Originaliter: IIII, sed prima cifra videtur esse expuncta. Cfr. infra, N. 17.*

f) *Sequitur expunctum: Trar*

g) *Sequitur expunctum: a me [e di]*

N. 17.

Hieronymus Rorario
card. Guidoni Ascanio Sforza

Cracoviae, 24 II 1540.

Scribit, quomodo sua oratio ad regem iuniorem habita bene accepta sit ab omnibus et quomodo postea epularentur. Recenset colloquia sua cum regina (Bona) de expeditione adversus Turcas et de filio in haereticos propenso, quem illa ipsis proclivem esse omnino negavit. Mittit copiam epistulae Hieronymi Łaski, qui dolet de exclusione regis Hungariae a colloquiis de induitiis cum Turcis ineundis. Suggerit concessionem annatae novis episcopis Hungariae, tum

⁷⁶ Vide supra, N. 11.

⁷⁷ Marcellus Cervini (1501-1555), epus Neocastrensis ab a. 1539, praceptor Alexandri Farnese, quem tunc comitabatur in legatione in Galliam et Flandriam; creatus SRE cardinalis in consistorio 19 XII 1539 habito; postea summus pontifex Marcellus II (a. 1555).

ob eorum, praesertim eorum Quinqueecclesiensis et Agriensis, reddituum diminutionem, tum ob iniuriam (iniustum excommunicationem) olim regi Hungariae a Clemente VII illatam. Petit, ut, regibus in Lithuania proficiscentibus, licentia sibi Polonia discedendi concedatur.

Autogr.: AV, Carte Farnesiane 6 f. 20r-23v (deest folium cum inscriptione).

- **Ed.:** Theiner VMPL II, p. 532-533 ("Ex Archivo Farnesiano Neapolitano", sine nomine destinatarii).

Cop.coaeva: Roma, Bibl. Vallicelliana, ms. L.4 f. 41r-44r (in registro litterarum card. Ioannis Morone). In margine manu Hieronymi Aleandro: "Rorarii, Cardinali S. Florae" et "E Cracovia [...]4 Februarii. [Ricevuta] Romae, X Aprilis [15]40".

Rev.mo et Ill.mo Monsignore etc.

Le mie ultime furon de cinque Fevraro⁷⁸. Ali XV poi, che fu la prima Domenica di Quadragesima, fu presentata la Spatha [*sequitur descriptio ceremoniae ut in N. 16. Oratio sua audita est*] con tanta attensione, et maxime di questo Ser.mo Re Vechio, de la Regina (qual intende benissimo) et di quelli^{a)} Rev.di Praelati, che la magior parte piangeva quando fui al passo de deplorar le calamità di Germania. A caso me rivoltai a la parte dove stavano molti Baroni Alemani, subditi perhò a questo Re, et [20v] quelli sono iudicati in qualche parte infecti de la haerese Lutherana. Dil che Sua Maestà ne prese consolatione. La risposta fece Mons. Chelmense, Vice Cancelliero⁷⁹, molto copiosa et non meno accomodata. Ne mando copia de la mia a V.ra Ill.ma Signoria, aciò se degni vederla⁸⁰. Fui dapoi conducto da tutti li Vescovi et molti Baroni al Pallazo del Rev.do Quiaviense⁸¹, qual dete un bancheto al solito de cento et cinquanta vivande. Et durò fin a la nocte.

Poi el terzo giorno fui chiamato da la Ser.ma Regina, dove per esser sta [sic] advertito de molte cosse, quale saria longo a scriverle, mostrai haver expressa commissione da Nostro Signore in tutto el negociar mio far capo a Sua Maestà et con lei communicar il tutto [*etc., ut in N. 16*]. Prima tocai cerca la general expeditione se havesse a fare per la commune salute de Christiani et particular del suo Regno et dil Ser.mo Genero suo⁸², quali erano li più vicini al pericolo, et che speranza de aiuto si potesse [21r] haver del suo Regno. Secundariamente tocai la sinistra information data a Nostro Signore che'l ci

⁷⁸ Desiderantur. In illis descripsit verisimiliter adventum suum Cracoviam et primam audientiam apud regem habitam, de qua in N. 16.

⁷⁹ Samuel Maciejowski (1499-1550), epus Chelmensis a 17 X 1539, vicecancellarius regni a. 1538-1547, postea epus Plocensis (ab a. 1542), Cracoviensis (ab a. 1545) et cancellarius regni (1547-1550).

⁸⁰ Cfr. supra, N. 15.

⁸¹ Lucas Górká (1482-1542), palatinus Posnaniensis 1535-1538, epus Vladislaviensis seu Cuiavien-sis ab a. 1538.

⁸² Joanne Zápolya, rege Hungariae.

fusse alchuni, quali se sforzasseno infectar el Ser.mo Filio suo de la heresi Lutherana, la qual cossa perhò Sua Santità non possea persuaderse^{b)}, considerando ch'el era sta educato da Sua Maestà et fin al praesente giorno perseverava sotto la tutella sua, né io, per quanto havea possuto comprender, trovava che Sua Santità se fusse de la concepta speranza inganata.

A la prima parte respose molto ben cognoscer le discordie de Principi Christiani [*etc. ut in N. 16 usque ad*] piacer opprimer. Et^{c)} benché etiam andasse^{d)} moderando la proposta mia, con dir che Nostro Signore non ricercava se rompesseno con el Turco et mettesseno il Regno suo in pericolo, ma solo dicesseno el conselio et parer suo, et quando poi vedesseno li Principi Christiani esser talmente uniti et potenti che possesseno resistere al nemico et la impresa in esser, che alhora facesseno da boni Principi Christiani et da quelli sono; agiongendo ch'el suo Ser.mo Genero, Re Gioane, non obstante ch'el è più vicino al pericolo, non havea mancato dal debito suo in tal cossa et facto lo officio di bon et vero Principe Christiano. Non per questo ne posse cavar altra risposta che esser vero de la prima forteza, et che haveano mandato a dolerse con il Turco; de la seconda non ne haver anchor ferma certeza; et che ben possea parlarne con la Maestà del Re, ma che non caveria altra risposta.

Cerca el Filiolo disse Nostro Signore esser sta mal informato; che lei lo havea educato, oltra che la sua natura [22r] lo inclinava, a la bontà et religion del Padre; et che in conto alchuno non ne parlasse a Sua Maestà, che'l saria un metter molestia et affano a quel bon vechio, senza causa.

Dapoi Sua Maestà mandò da me un suo con un extracto di una de Hieronimo Laschi da Constantinopoli de XXVIII Decembrio (del qual ne mando copia a V.ra Signoria Rev.ma)⁸³ dolendosi che Nostro Signore, insieme con li altri Principi Christiani, tractassen con el Turcho senza far mention dil Ser.mo Re de Hungaria. A questo li rispose, Sua Maestà non haver da dolersi, né manco da mareveliarsi, attento che li Oratori del prafato Ser.mo Re⁸⁴ hano largamente exposto a Sua Santità il suo Re tener amicicia con el Turcho, et più, offerto per mezo suo operar che il Turcho facilmente inclinaria^{e)} a tregue etc.; et quello hano dicto a Sua Beatitudine pono etiam haver dicto ad altri Principi Christiani, de modo che non li è parso, né ha iudicato necessario includerlo nel numero de li altri, anzi, che'l saria stato un farlo cascar in suspecto al Turcho. Mandò a replicar che chi havea facto tal officio appresso Nostro Signore, havea facto male et contra la verità.

Dicono, el prafato Hieronimo Laschi haver scripto ch'el fu invitato [22v] dal Turco a la solemnità del circumcision di filii, et hebe el primo loco tra li Oratori, et che partite el primo de Genaro, accompagnato da III milia cavalli

⁸³ Haec copia desideratur, nisi agitur de epistula, die 30 VIII 1538 Buda data, quae inventur in eodem ms. Carte Farnesiane 6 f. 14r-16r.

⁸⁴ Agitur verisimiliter de Ioanne Statileo, cfr. supra, annotationem 12.

fin a un loco de Confini, qual lui recercò; et de lì se ne andava a la Caesarea Maestà.

Sto in expectatione di haver risposta quello ho a fare de le bolle de Hungaria et del mio star o partir de qui. Cerca le bolle non restarò con ogni humiltà recordar che'l se ha da haver rispetto magior a Nostro Signore et a la Sede Apostolica che a Principe alchuno sia qual se volia. Sua Santità, per non alienar quel Regno da la divotion sua verso la Sede Apostolica, con tanti contrasti li concesse la confirmation de Vescovati. Li Vescovi non sono per levar le bolle, che, oltra che ne sono alchuni quali poco se ne curano, hano etiam dui ragioni promptissime: che li sono Vescovati quali non hano la mità de le enfrade haveano; et sono li principali: le Cinque Chiese⁸⁵, del qual Vescovato li Turchi occupano da XII milia scudi (^e-de entrada^e), et quel de Agria⁸⁶, del quale, per quanto me vien dicto, el Ser.mo Re de Romani occupa da X milia. L'altra ragione è che dicono li sui Vescovati non esser pacifichi né sicuri, et che sariano pazi da cathena a spender questi denari, non essendo certi de posserli goder solo questa aesta[te?]. Da l'altra parte, quel Ser.mo Re non se pol desmenticar la iniuria de la santa memoria de Clemente⁸⁷, et me la exprobrò da novo nel suo Conselio. [23r] Alche alhor rispose con dimostrar le difficultà premevano Clemente, di modo ch'el era forzato a sentir et operar contra lo animo suo; et parimente li fece cognoscer quello havea etiam^f facto a la prima andata mia in Hungaria: la bona mente et bone operatione di Nostro Signore fin alhora quum esset in minoribus⁸⁸. Ma se vede al praesente che Nostro Signore non li conceda queste bolle, o che differisca la risposta per haver il parere di qualche Principe⁸⁹, la qual cossa non pol star ascosa, anchor che Sua Santità poi gele [sic] dia, non li haverà gratia alchuna et porà cascar tal sinistro, al qual né Sua Santità, né altro Principe li potrà proverder. Prometto a V.ra Signoria Rev.ma avanti Dio, che io no'l facio per gloriar-me che Sua Maestà ha più volte havuto^g a dire che se'l non fusse la dextreza^h et modestia, uso con ogni altro, se saria più volte roto [sic]. Et il medemo ha dicto Fra Zorzi Thesoriero, Vescovo de Waradin⁹⁰.

Poi del mio partir non so quello me habia a far, havendomi Nostro Signore ne la instruction commesso non me parta senza licentia. El Ser.mo Re, facta la Pascha, partirà per Lituania⁹¹, paese lontano de più de 700 milia. Et qui me fa le speseⁱ con sua graveza, che dove ho XIII servitori, ne tene XVI deli sui a servirme, di modo che per bona via ho inteso che in 52 giorni⁹² lì son

⁸⁵ Quinqueecclesiensis (Pécs).

⁸⁶ Agriensis (Eger).

⁸⁷ Excommunicationis meminit, a Clemente VII die 22 XII 1529 in Ioannem Zápolya, tamquam Turcarum fautorem, fulminatae, cfr. Pastor SPIV/2, p. 417-419, 734.

⁸⁸ Id, quod exposuit regi tempore suae primae apud eum missionis a. 1534, cfr. Paschini GR, p.185.

⁸⁹ Ferdinandum, regem Romanorum, in mente habet.

⁹⁰ Utiešenović.

⁹¹ Re vera rex discessit Cracovia die 24 IV 1540, v. Gašiorowski, p. 266.

⁹² In epistula ad card. Farnese, eodem die data, loquitur de 43 diebus et 14 servitoribus, cfr. N. 16.

stato è sta speso più di CCCC fiorini⁹³. Dil che me ne vergogno [23v] ad esserli ad una tanta gravezaⁱ⁾; et tanto più non havendo cossa importante da negoziar. Ne ho scripto al Rev.mo Legato⁹⁴. Et supplico a V.ra Signoria Rev.ma che se degni al più presto risolvermi. Ala qual humilmente me ricomando. Da Cracovia, a li XXIIII de Fevraro MDXXXX.

Rev.mae et Ill.mae Dominationis V.rae

humilis et obedientissimus
servitor Hieronymus Rorarius

- a) *Sequitur expunctum: Rev.di*
- b) *Correctum ex: persuadersela*
- c) *Sequitur expunctum: anda*
- d) *Sequitur expunctum: modificava*
- e) *Adscriptum supra.*

- f) *Sequitur expunctum: prima*
- g) *Adscriptum in margine.*
- h) *Correctum ex: dextereza*
- i) *Correctum ex: spesce*
- j) *Sequitur expunctum verbum illegibile.*

N. 18.

[Card. Guido Ascanius Sforza]
Hieronymo Rorario

[Romae], 20 III 1540.

Notum facit summum pontificem omnes eius epistulas accepisse et omnia ab eo operata laudasse; oratorem Polonum (Wilamowski) honorifice a papa acceptum Romae fuisse. Expectat ulteriores eius litteras.

Min.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane (destructa).

- **Ed.: Ováry, p. 103-104** (erronee ascrub cardinali Farnesio, cum auctor fuisse videtur card. Sforza, uti patet ex contextu et mentione epistulae eidem cardinali Cracovia scriptae).

Al Rorario, il 20 di Marzo 1540.

Rev.mo Mons.^{a)} Hieronimo. Tutte le lettere che scriveste, prima da Vienna, poi da Buda dupplicatamente, et così queste ultime da Cracovia, sono comparse fedelmente, et con piacere sono state viste et lette da Nostro Signore. La cui Santità è restata in tutto ben contenta et satisfatta di voi. Et perché si sta in aspettatione de altre vostre lettere, per le quali si intenda che habbiate parlato con quel Ser.mo Re, per poter poi ordinare quel che ha-

⁹³ Cfr. N. 16 et 19.

⁹⁴ Alessandro Farnese, v. N. 16.

vrete da fare, non sarò molto longo con questa, solo vi dirò che di qua le cose passano al solito.

Del Ambasciatore, ch'è stato qui per cotoesto Ser.mo Re, non vi dico altro, salvo che è stato ben visto et accarezzato da Nostro Signore⁹⁵, etc.

a) *Ita legit Ováry.*

N. 19.

Expensa pro sustentatione Hieronymi Rorario a rege Poloniae facta

S.l., 14 I - 5 IV 1540.

Or.: Warszawa, AGAD, ASK I, Rachunki Poselstw, ms. 1 f. 28r.

Anno Domini 1540.

Distributa in provisionem oratorum papae in manus Ioannis Thurski⁹⁶, de peccuniis exactionum publicarum per D.num Raphaelem Wargawski⁹⁷

Die 14 mensis Ianuarii in manus Ioannis Thurski dati ^{a)}	flor.	60
Item die 19 mensis Ianuarii in manus Ioannis Thurski dati	flor.	20
Item die 21 mensis Ianuarii	"	100
Item die prima Februarii	"	100
Item die 12 Februarii	"	100
Item die 24 Februarii	"	100
Item Sabato ante Dominicam Iudica ⁹⁸ in manus Ioannis		
Thurski dati per grossos 30	flor.	100
Item feria secunda, die 5 Aprilis [sic] in manus Ioannis		
Thurski dati per grossos 30	flor.	100
	Summa facit flor. 680

^(b)-Matthaeus de Jezow [dispensator]
R[egiae] M[aiestati]s^{b)}

a) *Unumquodque "Item" scriptum est alia manu.*

b-b) *Manu propria Matthaei.*

⁹⁵ Ioannes Wilamowski († 1540), epus Camenecensis a 17 X 1539, secretarius regius, missus ad regem Ferdinandum et ad summum pontificem initio Ianuarii 1540 (v. litteras commendationis reginae Bonae ad Paulum III, Cracoviae 28 XII 1530, AV, Lett.Principi 9 f. 153v).

⁹⁶ Socius (superintendens, Polonice "przystaw"), qui de victu et habitatione oratorum principum exterrorum curam habere debebat (v. AGAD, ASK I, Rachunki Poselstw, ms. 1 f. 18v).

⁹⁷ Raphael Wargawski († 1561), notarius thesauri regii, canonicus Cracoviensis ab a. 1548.

⁹⁸ Anno 1540 cecidit in diem 13 Martii.

N. 20.

[Card. Guido Ascanius Sforza]

Hieronymo Rorario

[Romae], 24 IV 1540.

Notum facit se eius litteras recepisse; laudat diligentiam in rebus agendis; e missione revocat et mandat, ut in reditu, Vindobonae nuntium Morone exspectet.

Min.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane (destructa).

- **Ed.:** Ováry, p. 104 (erronee asserit authorem huius epistulae fuisse Alexandrum Farnese).

Al Rorario, il 24 d'Aprile 1540.

Io non ho tempo per questa volta d'accusarvi la data di tutte le lettere che havete scritte, così d'Hungheria, come di Pollonia. Bastavi sapere che se ne sono havute molte, et l'ultime sono de 14 et 18 passato⁹⁹. Pe le quali tutte Nostro Signore ha visto et inteso la diligentia che havete usata et la destrezza et bona maniera, con che siete proceduto, con satisfattione di Sua Beatitudine et laude vostra. Et parendoli che habiate satisfatto a tutta la vostra commissione, dice che alla ricevuta di questa diate volta in qua, facendo la volta di Vienna et fermandovi lì sin tanto che Mons. di Modena vi sarà, che menso debba essere presto¹⁰⁰. [*Una cum illo debet componere controversiam de bullarum confirmationis episcoporum Hungariae expeditione, secundum instructionem illi nuntio datam*]¹⁰¹.

N. 21.

Hieronymus Rorario

card. Alejandro Farnese

Ex Portu Naonis, 13 VIII 1540.

Notum facit se a die 8 XII (1539) nullas habuisse ex Roma litteras, ideo unum mensem Vindobonae substitisse, et cum etiam ibi nullum habuerit ex Urbe mandatum, transiisse in Portum Naonis, ut ulteriora mandata istic exspectaret. Notum facit regi Ioanni (Zápolya) natum esse filium, quam rem iterum rixas inter ipsum et regem Romanorum excitaturam esse censem.

⁹⁹Desiderantur.

¹⁰⁰Nuntius Ioannes Morone, qui ex Germania redire Vindobonam debebat.

¹⁰¹ De hac tractatione scribit Rorarius in epistula, data Vindobonae 28 V 1540 (ed. Ováry, p. 104-105).

Or.: olim Napoli, AS, Carte Farnesiane (destructum).
- Ed.: Ováry, p. 106 .

Rev.mo et Ill.mo Monsignore *etc.*

Da Vienna per mie dupplicate de XXVIII dil passato scrisse a V.ra Ill.ma Signoria che non havendo dali VIII di Decembre havuto mai lettera da Roma, né resolutione al negotio de Hungaria, et partendosi li Ser.mi Re di Polonia per Lituania, non havea voluto andar in Hungaria per non metter Sua Santità in necessità di dar le bolle a quel Re trovandomi di là et per non essere io forzato a dir che non havesse mai havuto risposta a tal cossa¹⁰²; et come havendo in Vienna temporizzato un mese, né venendo aviso da alcun lato, anzi, intendendo che V.ra Signoria Rev.ma era partita di Fiandra per Roma¹⁰³, mi era risoluto venir in casa mia et expectar quello V.ra Ill.ma Signoria mi commettesse, che quando pur Nostro Signore si fosse risolto compiacer al Re di Hungaria delle bolle, non li saria altra perdita che de X giornate¹⁰⁴. Donde la supplico humilmente se degni ordinar che sia avisato quello ho a far.

Per camino intese che'l era nato un filio maschio al Ser.mo Re d'Hungaria¹⁰⁵. Questo levarà ogni concordia con el Re de Romani, né credo che Monsignore di Transilvania sia andato con altra commissione alla Caesarea Maeštā che habino a consentir alla successione dei filii del suo Re, et caso mancasse senza heredi, alhora succeda la Casa de Austria¹⁰⁶. Altro non ho che humilmente etc. Da Pordenon, ali XIII de Zugno 1540.

Di V.ra Rev.ma et Ill.ma Signoria

humile et obedientissimo servitor
Hieronimo Rorario

N.22.

Sigismundus I, rex Poloniae
Hieronymo Rorario

Vilnae, 17 XI 1540.

In memoriam ei revocat, quid sibi promiserit de dimidia parte annatae, ab episcopis tunc nominatis solvenda, pro necessitatibus regni relinquenda apud

¹⁰² Vide ibidem, cfr. supra, N. 17.

¹⁰³ Card. Alexander Farnese rediit Romam die 31 Maii 1540, cfr. Pastor SP V, p. 256.

¹⁰⁴ Epistula, in qua omnia haec scripta erant, desideratur.

¹⁰⁵ Cum Ioannes Sigismundus, filius regis Ioannis et Isabellae Jagellonicae, natus est Budae die 7 VII 1540, agi videtur de rumore tantum eius nativitatis (nisi datatio huic epistulae sit erronea lecta ab Ovary).

¹⁰⁶ Agitur de missione Ioannis Statileo ad imperatorem pro corrigendo Tractatu Varadinensi, a. 1538 inito.

summum pontificem se esse facturum, ac petit, ut etiam pro episcopis a se recens nominatis idem obtinere studeat.

Reg.: Warszawa, AGAD, Lib.Legat. 9 f. 40r-v.

Theronimo [sic] Rorario
Ss.mi Domini Nostri non ita pridem apud nos Oratori

Magnifice, sincere nobis dilecte. Non est nobis dubium, quin teneat memoria Sinceritas Tua, quae se isthic de annatis in rem nostram acturum nobis receperit. Ac iam aliquid ab ea profectum esse confidimus. Ita enim nobis de studio in nos Sinceritatis Tuae persuademos, nihil eam curae, diligenciae et laboris praetermissuram in dimidia saltem parte annatarum reliquaeque pecuniae, quae a recens factis episcopis isthuc transmitti solet, pro Regni nostri necessitatibus impetranda.

Nunc accedit, ut mortuis aliquot in Regno nostro episcopis, alii sint nobis in eorum locum nominandi. Quare hortamur Sinceritatem Tuam, atque ab ea expostulamus, [40v] det operam, ut quam illi pecuniam e Regno isthuc exportare tenentur, eius dimidiā partem pro necessitate Regni nostri relinquere hic possint. Nam, si antea periculum nobis impendebat Valachia per Turcas occupata, nunc multo maiore versari videmur in discrimine, cum et Hungariae Regnum, alterum, non nostrarum modo dicionum, sed et tocius Christiani Orbis propugnaculum, in ancipiūt esse videtur, periculumque sit ingens, ne utraque ex parte vicinos Turcas habeamus. Quare quantum potest tantum contendat et elaboret Sinceritas Tua, ut Ss.mus Dominus Noster, perspectis iis in quibus versamur periculis, et eius quae nunc et quae postea erit eadem de causa pecunia efferenda, dimidiā partem perpetuo nobis condonet. Nos vero et Sanctitati eius hoc nomine multum debebimus, et erga Sinceritatem Tuam gratos nos et memores praestabimus. Datum loco, die et anno ut supra¹⁰⁷.

Ad mandatum Sacrae Maiestatis Regiae proprium.

¹⁰⁷ Praecedens in registro documentum inscriptum est "Vilnae, XVII Novembris, Anno Domini Millesimo quingentesimo quadragesimo".

